AFratres: Recogitate dñz iesum christum: qui talez sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionẽ: vt ne fatigemini animis vris deficientes. Nondũ enim vsqz ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatũ repugnantes: t obliti estis consolatõis: que vobis tãqz filijs loquitur dicẽs. Fili mi: noli negligere disciplinam domini: neqz fatigeris duz ab eo argueris. Quẽ enim diligit dominus castigat. Flagellat autẽ omnem filiũ quem recipit. In disciplina perseverate: tanqz filijs vobis se offert deꝰ. Quis. n. filius quẽ non corripit pr? Quod si extra disciplinã estis cuius participes facti sũt oẽs: ergo adulterini t nõ filij estis. Deinde patres qdẽ carnis nre eruditores habuimus t reuerebamur eos: nõ multomagis obtemperabimus patri spũum: t viuemus i christo iesu domino nro. **Secũduz Matthey.** XII



IN illo tẽpore: Dixit iesus phariseis. Qui nõ est mecum contra me est: t qui non cõgregat mecum spargit. Jõ dico vobis. Omne peccatum t blasphemia remittetur hominibus spiritus autẽ blasphemie nõ remittetur. Et quicunqz dixerit verbum contra filium hominis: remittetur ei. Qui autẽ dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neqz in hoc seculo: neqz in futuro. Aut facite arborem bonã t fructum eius bonum: aut facite arborem malam t fructuz eius malum. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum: quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: t malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis: quoniã omne verbũ otiosum quod locuti fuerint homines: reddent de

eo rationem in die iudicij. Ex verbis enī tuis iustificaberis: ⁊ ex verbis tuis cōdemnaberis. ¶ Feria.vj. Ad Thessal. II.



FRatres: Nos āt desolati a vobis ad tēpus ore aspectu: non corde. Abūdantius festinauim⁹ faciem vestrā videre cū multo desiderio: qm̄ volumus venire ad vos. Ego q̄dē paulus ⁊ semel ⁊ iterū: sed impediuit nos sathanas. Que est enī nostra spes aut gaudiū: aut corona glīe? Nonne vos ante dn̄m nr̄m iesum chr̄m in aduētu eius? Vos enī estis glīa nr̄a ⁊ gaudiū nostrum: in christo ie su dn̄o nr̄o. Scōm Lucā XVII



IN illo tempore: Interrogatus iesus a pharisēis. Quādo venerit regnū dei? Rndēs iesus dixit. Non venit regnū dei cū observatione: neq; dicent ecce hic: aut ecce illic. Ecce enī regnū dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies q̄ desideratis videre vnū diem filij hois ⁊ non videbitis: ⁊ dicent vobis: ecce: hic: ⁊ ecce illic. Nolite ire: neq; sectemini. Nā sicut fulgur coruscās sub celo: in ea q̄ sub celo sūt fulget. Ita erit filius hois in die sua. Primū autē oportet illum multa pati: ⁊ reprobari a gnā tione hac. Et sicut factum est i diebus noe: ita erit ⁊ in dieb⁹ filij hois. Edebāt ⁊ bibebāt: vxores ducebāt ⁊ dabant ad nuptias vsq; in diem qua intrauit noe in archā: ⁊ venit diluuiū ⁊ pdidit oēs. Simil̄r sicut factū est in diebus loth. Edebāt ⁊ bibebāt: emebāt ⁊ vendebant: ⁊ plantabāt ⁊ edificabāt. Qua die autē exijt loth a sodomis pluit ignē ⁊ sulphur de celo: ⁊ oēs pdidit. Scōm hec erit q̄ die filius hois reuelabit̄. In illa hora q̄ fuerit i lecto: ⁊ vasa eius in domo: ne descēdat tollere illa. Et qui in agro simil̄r non redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicunq; quesierit animā suam saluam facere: perdet illā. Et quicunq; perdiderit illam: viuificabit eam. Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno. Vnus assumetur: ⁊ alter relinquetur. Due erunt molentes in vnum: vna assumetur ⁊ altera relinquetur. Duo i agro: vnus assumetur ⁊ alter relinq̄tur. Respondentes dicunt illi. Vbi domine? Qui dixit illis. Vbicunq; fuerit corpus: illuc ꝯgregabuntur ⁊ aquile. ¶ Dominica in quinq̄gesima. Intro.



Esto mihi in deũ protectoꝛem ⁊ in locũ refugij vt saluũ me facias: qm firmamẽtũ meum ⁊ refugiũ meũ es tu: ⁊ ppter nomẽ tuũ duc mihi eris ⁊ enutries me. ℣. In te dñe speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Oratio.

PReces nr̃as qñs dñe clemẽter exaudi: atq; a peccatoꝛ nr̃oꝛ vinculis absolutos: ab oi nos aduersitate custodi.

Que oratio sola dicatur. Lctõ epistole. j. Ad Coꝛinthi. XIII.



FRatres: Si liguis boiuꝫ loquar ⁊ ãgeloꝛ charitatẽ aũt nõ bẽam: fcũs sũ velut es sonãs aut cymbalum tinniẽs. Et si habuero ppheti ã: ⁊ nouerim mysteria oia ⁊ oẽm sciaꝫ. Et si habuero oẽm fidẽ: ita vt mõtes trãsferã: charitatẽ ãt nõ habuero nihil sũ. Et si distribuero in cibos paupeꝛ oẽs facultates meas: ⁊ si tradidero coꝛpus meũ ita vt ardeã: charitatẽ ãt nõ habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiẽs ẽ: benigna ẽ. Charitas nõ emulat nõ agit pperã nõ inflat: non ẽ ambitiosa: nõ querit q̃ sua sũt: non irritatur: nõ cogitat malũ: non gaudet sup iniqtate: ꝯ gaudet ãt vitati. Oia suffert oia credit: oia sperat: oia sustinet. Charitas nunq̃ excidet: siue ppheties euacuabũt: siue lingue cessabũt: siue scia destruet. Ex pte enim cognoscim⁹ ⁊ ex pte ppetamus. Cũ aũt venerit qõ pfectũ ẽ: euacuabit qõ ex pte est. Cũ eẽꝫ parvulus loq̃bar vt puulus: sapiebã vt puulus: cogitabã vt puulus. Qñ aũt fcũs sũ vir: euacuaui q̃ erant puuli. Videmus nũc p speculũ in enigmate: tũc autẽ facie ad faciẽ. Nũc cognosco ex pte: tunc autem cognoscam sicut ⁊ cognitus sum. Nũc autẽꝫ manent fides spes ⁊ charitas: tria hec. Maioꝛ autem horum est charitas. Graduale.

Tu es deus q facis mirabilia sol⁹: notã fecisti in gẽtibus virtutẽ tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo pplm tuũ: filios isrl̃ ⁊ ioseph. Tractus.

Iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. ℣. Intrate in conspectu eius in exultatione. ℣. Scitote quoniam dominus ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. ℣. Nos autem populus eius ⁊ oues pascue eius. Initium sancti euan. Scõm Luc. XVIII. C



In illo tẽpore: Assumpsit iesus duodeci discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascẽdimus hierosolymã: ⁊ ꝯsumabuntur oĩa que scripta sunt per ꝓphetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus ⁊ illudebitur: ⁊ flagellabitur ⁊ conspuetur. Et postq̃ flagellauerint: occident euꝫ: ⁊ die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerũt. Erat autem verbũ istud absconditum ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret hierico: cecus quidaꝫ sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem interrogabat qd hoc esset. Dixerunt autẽ ei ꝙ iesus nazarenus transiret: ⁊ clamauit dicens iesu fili dauid miserere mei. Et qui preibant increpabant euꝫ vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans aũt iesus iussit eũ adduci ad se. Et cũ appropinq̃sset interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciaꝫ? At ille dixit. Domine: vt videã lumen. Et dixit illi iesus. Respice: fides tua te saluũ fecit. Et cõfestim vidit ⁊ sequebatur eum magnificans deuꝫ. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo. **Offertorium.**

Benedictus es dñe: doce me iustificationes tuas: benedictus es domine doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. **Secreta.**

Hec hostia quesumus dñe emũdet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesq̃ sanctificet. Per dominum. **Cõio.**

Manducauerunt ⁊ saturati sunt nimis: ⁊ desiderium eorum attulit eis dominus: non sunt fraudati a desiderio suo. **Complenda.**

Quesumus op̃s deus: vt q celestia alimẽta percepimus: ꝑ hec ꝯtra omnia aduersa muniamur. Per dñꝫ. ¶ **In capite ieiunij bñdictio cineris sic fiat.**

Omp̃s sempit̃ne deꝰ: parce metuẽtibus ꝓpitiare supplicãtibꝰ: ⁊ mittere digneris scm̃ angelũ tuũ de celis: q bñ ✠ dicat sci ✠ ficet cineres istos: vt sint remediũ salubre oĩbus nomẽ tuũ humil̃r ĩplorantibus: ac semetipsos ꝑ ꝯscientia delictorũ suoꝝ accusantibꝰ: atq̃ añ cõspectũ diuine clemẽtie tue facinora sua ꝺplorãtibꝰ: vl̃ serenissimã maiestatẽ tuã supplicit̃ obnixeq̃ flagitantibus: ⁊ p̃sta q̃s per inuocationẽ tui sanctissimi nominis: vt quicunq̃ eos super se asperserint: pro redem-

ptione peccatoꝝ suoꝝ corporis sanitatem ⁊ anime tutelam percipiant. Per dominum nostrũ iesum christuz. Secunda oratio

Domine deus op̃s bñ ✠ dicere ⁊ sci ✠ ficare digneris hos cineres suppliciter exoram⁹: vt quos in tuo nomine sctõ atq; filij tui dñi nr̃i iesu chr̃i bene ✠ dicimus: sint omnibus fidelibus purgatio facinoꝝ atq; oium delictoꝝ suoruz. Et petim⁹ clementiã tuã: vt spiritũ sanctuz tuũ mittere digneris sup oẽs istos: q̃tenus oẽs q eos sup se sperserint vel deportauerint sint armis celestib⁹ defensi: ⁊ sint sãctificati in aĩa ⁊ in corpore: ⁊ ne vlteri⁹ a malignis spiritibus polluant̃ sint liberi atq; defensi ꝑ virtutẽ eiusdẽ spiritus sci. Per. Tertia oratio.

Deus q non vis mortem ſz penitentiaz desideras pctõꝝ: fragilitatẽ conditõis humane benign⁹ respice: ⁊ hos cineres quos ꝓ causa proferende humilitatis atq; ꝓmerende venie capitibus nr̃is iponi decreuimus bñ ✠ dicere ⁊ sci ✠ ficare ꝓ tua pietate dignare: vt qui nos cinerẽ esse: ⁊ ob prauitatis nr̃e meritum in puluerẽ reuersuros cognoscim⁹ pctõꝝ oium veniã: ⁊ premia penitẽtibus repromissa misericorditer ꝯsequi mereamur. Per dñm nostruz iesum christuz. Quarta oratio

Deus q humilitate flecteris: ⁊ satisfactione placaris: aures tue pietatis inclina p̃cibus nr̃is: ⁊ capitibus seruoꝝ tuoꝝ hoꝝ cineꝝ aspsione attactis effunde ꝓpitius gr̃am tue bñdictiõis: vt eos ⁊ spũ cõpunctionis repleas: ⁊ q̃ iuste postulauerint efficaciter tribuas et ꝯcessa perpetua stabilitate ĩtactos manere decernas. Per chr̃m dñm nr̃m. Hic incensentur ⁊ aq̃ benedicta aspgant̃: q̃bus finitis chorus ĩcipiat. Int.



Exaudi nos dñe: qm̃ benigna est misericordia tua. Scõm multitudinẽ miserationũ tuarum respice nos dñe. ps. Saluum me fac deus qm̃ intrauerũt aque vsq; ad aĩam meã. Gl̃ia patri. Exaudi nos. Kyrieleyson. Christeleyson. Kirieleyson. Oremus. Flectam⁹ ge. Le. oro

Concede nobis dñe presidia militie chr̃iane scis inchoare ieiunijs: vt ꝯtra spiritales neq̃tias pugnaturi ꝯtinentie muniamur auxilijs. Per dñm nr̃m iesum chr̃m filiũ tuũ.

Qui

Qui tecū viuit. Qua finita cantetur hec añ. Immutetur habitu in cinere ⁊ cilicio: ieiunemus ⁊ ploremus ante dñm: qz multū misericors est dimittere pctā nostra deus nr. Interiz accedat clerus ⁊ populus ad sacerdotez: qui liniat capita eoꝝ cum cinere dicens. Memēto o homo q pulvis es ⁊ in cinerem reuerteris. Dominus vobiscū. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Oms sempiterne deus q niniuitis in cinere ⁊ cilicio penitētib⁹ indulgentie tue remedia prestitisti: pcede ppitius: vt sic eos imitemur habitu: quatenus venie ꝑsequamur obtentu. Per dñm nrz. His peractis pcedente cruce fiat processio in aliquā ecclesiam: cantādo hanc añam. Juxta vestibulū ⁊ altare plorabāt sacerdotes ⁊ leuite ministri dñi ⁊ dicent: parce domine populo tuo: ⁊ ne dissipes ora clamantium ad te domine. Cum Rñio in ieiunio. Flectamus genua. Cū aūt appropinquerit ecclesie ad quā fit processio inchoet añ. que cōgruit illi scō in cuius honore eccl'ia est cōsecrata coraz altari clerus ⁊ pplz pternat se: ⁊ dicat clerus septē psal. penitētiales. Dñe ne in furore tuo arguas. cuz rel. Deinde dicat sacerdos preces cū oratiōe p peccatis: ⁊ vnā orationē sancti illius ecclesie: ⁊ sic cū Letania reuertantur ad matricē ecclesiā. Quib⁹ peractis incipiat. Ad missaz. Intro.



Misereris oīum dñe et nihil odisti eoꝝ que fecisti dissimulas pctā hoiuz ꝓpter penitētiam: ⁊ parces illis: qz tu es dñs deus nr. ℣. Miserere mei deus miserere mei: qm̄ in te confidit aīa mea. Glia patri. Et sic agat per totā quadragesimam qñ de tpe agitur: exceptis oīcis diebus Kriele. feriale. Flectam⁹ ge.le. Et dicatur quotidie in missa de ieiunio: exceptis diebus oīcis ⁊ festiuis.

Preста qs dñe deus fidelibus tuis: vt ieiunioꝝ venerāda solēnia ⁊ cōgrua pietate suscipiant: ⁊ secura deuotione percurrant. Per dñz. Ab hac die vsqz ad dñicam de passione post oziōnē diei dicunt oziones. A cūctis nos qs dñe. Et ozo. Oms sempiterne deus: qui viuoꝝ dominaris simul ⁊ mortuoꝝ. Exceptis diebus oīcis ⁊ festiuis. Lctō Jobelis ppbete. II.

Hec dicit dñs. Cōuertimini ad me in toto corde vzo

in ieiunio fletu ⁊ in planctu: ⁊ scindite corda vestra ⁊ non vestimenta vestra. Et cõuertimini ad dominum deũ vestrum: qz benignus ⁊ misericors est: patiens ⁊ multe misericordie ⁊ prestabilis sup malitia. Quis scit si cõuertatur ⁊ ignoscat deus: ⁊ relinquat post se benedictionẽ: sacrificium ⁊ libamen dño deo nostro. Canite tuba in syon: sanctificate ieiuniũ: vocate cetum: congregate populum: sanctificate ecclesiam: coadunate senes: ꝯgregate paruulos ⁊ sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: ⁊ spõsa de thalamo suo. Inter vestibulum ⁊ altare plorabunt sacerdotes ministri domini: ⁊ dicẽt. Parce domie parce ppl'o tuo: ⁊ ne des beredi tatẽ tuam in obprobriũ: vt dominent eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est de⁹ eorum? Zelatus est dñs terraz suam: ⁊ pepercit ppl'o suo. Et rñdit dñs ⁊ dixit ppl'o suo. Ecce ego mittã vobis frumentũ ⁊ vinum ⁊ oleum: ⁊ replebimini in eis. Et non dabo vos vltra in obprobrium in gentibus: dicit dominus omnipotens. Gradu. Miserere mei de⁹ miserere mei: qm̃ in te confidit aia mea. ℣. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in obprobriũ cõculcãtes me Tractus. Domine non secũz pcã nra facias nobis neqz scõm iniqtates nras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniqtatũ nraz antiquaz: cito anticipent nos misericordie tue: qz pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̃: ⁊ propter gloriam nois tui dñe libera nos: ⁊ ppiti⁹ esto pcis nostris. Propter nomẽ tuum.

Iste tractus dr̃ per totam quadragesimaz secundã: q̃rta ⁊ sexta feriis exclusis diebus tract⁹ speciales habentibus. Secundum Matthеum. VI. C.



In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Cũ ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas vt appareãt hoibus ieiunãtes. Amẽ dico vobis: qz receperunt mercedẽ suã. Tu autem cũ ieiunas vnge caput tuũ: ⁊ faciem tuã laua ne videaris hoibus ieiunãs: sed pr̃i tuo q est in abscõso. Et pr̃ tuus q videt in abscõso: reddet tibi mercedem. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo ⁊ tinea demolit: ⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furant. Thesaurizate aũt vobis thesauros in celo: vbi neqz erugo neqz tinea demolit: ⁊ vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus: ibi est ⁊ cor tuum. Offer

torium. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me:nec delectasti inimicos meos sup me:domine clamaui ad te z sanasti me. Secreta.

HAc nos qs dñe bis muneribus offerēdis conuenienter aptari qbus ipsius venerabilis sacrī celebramus exordium. Per dominum nostrum iesum christum filium tu. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Que prefatio dicat oibus diebus dñicis z feriatis. Cōmūio

QUi meditabitur in lege domini die ac nocte:dabit fructum suum in tempore suo. Complēda.

PEr cepta nobis dñe prebeant sacra subsidiū: vt tibi grata sint nra ieiunia:z nobis proficiant ad medelā. Per dñz nostrum. Nota q post vltimum. Per dñm nrm iesum chz̄m filiuz tuū:Qui tecū viuit z regnat in vnitate spūs sci. quotidie i feriali officio dicitur. Oremus. Et diaconus iponit Humiliate capte vestris deo Deinde lacerdos dicat oronez sup populū vsqz in dñicā palmaz. Oro.

INclinantes se domine maiestati tue propitius intende: vt qui diuino munere sunt refecti:celestibus semper nutriantur auxilijs. Per dominum nostrum. Quo finito concluditur cum Benedicamus domino, C Feria.v. Introitus.



DAm clamarez ad dominum exaudiuit vocem meaz ab bis qui appropinquant mibi: z humiliauit eos qui ē ante secula z manet in eternū: iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. ℣. Exaudi de⁹ orationem meam z ne despexeris deprecationem meam:intende mibi z exaudi me. Gloria patri z filio z spiri. Flectamus genua. Oratio.

DEus q culpa offenderis penitentia placaris: preces populi tui supplicātis propitius respice:z flagella tue iracū die quep pctis nris meremur auerte. Per dñm nostrū iesuz chz̄m filium tuum:Qui tecū viuit. Lcō ysaie pp. XXXVIII.C.



IN diebus illis. Egrotauit ezechias vsqz ad mortem :z introiuit ad eum esaias filius amos propheta dicens ei. Hec dicit dominus. Dispone domui tue qz morieris tu z non vines. Et vertit ezechias faciē suā ad parietē:z oranit ad dñm

z dixit. Obsecro te dñe: memẽto queso qũo ambulaueri coꝛã te in vitate z coꝛde perfecto: z qd̃ bonum ẽ in oculis tuis feceriz. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factũ est verbũ domini ad esaiã dicens. Uade z dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid pris tui. Audiui oꝛonem tuã: z vidi lachꝛymas tuas. Ecce ego adijciã super dies tuos qndeci annos. Et de manu regis assyrioꝛ eruã te z ciuitatẽ istã: z pteg̃ eam. Ait dñs ops. **Gradua.** Iacta cogitatũ tuum in dño z ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarẽ ad dominũ exaudiuit vocẽ meam ab his qui appꝛopinquant mihi. **Secundũ Matt.** VIII.C.



In illo tẽpoꝛe: Cum introisset ihesus capharnauz: accessit ad eũ cẽturio: rogãs eum z dicens. Dñe: puer meus iacet i domo paralyticus: z male toꝛquet. Et ait illi ihesus. Ego veniã z curabo euz. Et ñdens centurio ait. Dñe nõ sũ dignus vt itres sub tectum meũ: sed tñ dic verbo z sanabit puer me⁹. Naz z ego hõ sum sub potestate cõstitut⁹: habens sub me milites: z dico huic vade z vadit: z alio veni z venit: z seruo meo: fac hoc z facit. Audiens aũt ihesus miratus est: z seqntib⁹ se dixit. Amẽ dico vobis non inueni tantã fidem in isrl. Dico aũt vobis q̃ multi ab oriẽte z occidẽte venient: z recũbent cũ abꝛaã isaac z iacob in regno celoꝛ. Filij aũt regni eijcient in tenebꝛas exteꝛioꝛes: ibi erit fletus z stridoꝛ dentiũ. Et dixit ihesus cẽturiõi. Uade: z sicut credidisti: fiat tibi Et sanatus ẽ puer ex illa hoꝛa. **Offer.** Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido nõ erubescam: neq̃ irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundent. **Secre.** Sacrificijs pꝛesentibus domine quesumus intende placatus: vt et deuotioni nostre pꝛoficiant z saluti. Per dominũ nostrũ ihesuz xpm. **Cõmu.** Acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes z holocausta super altare tuum domine. **Complenda.** Celestis doni benedictione percepta supplices te deus omnipotẽs deprecamur: vt hoc idem nobis z sacramenti causa sit z salutis. Per dñm. **Super populum. Oratio.** Parce domine parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per dominum nostrum ihesum christũ filium tuum. Qui tecum viuit.

Feria sexta. Introitus.



AUdiui dñs ⁊ misertus est mihi: dñs factus est adiutor meus. ps. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me nec dlectasti inimicos meos sup me. or

INchoata ieiunia quesumus domine benigno fauore prosequere: vt obseruantiā quā corporaliter exhibem⁹ mētib⁹ ēt sinceris exercer̄ valeam⁹. per d. Lesaie p. LVIII. C.



HEc dicit dominus deus. Clama: ne cesses. quasi tuba exalta vocem tuaz. Et annuncia ppl'o meo scelera eoruz: ⁊ domui iacob peccata eorū. Me etenim de die in diez querūt: ⁊ scire vias meas volūt. Quasi gens que iusticiā fecerit: ⁊ que iudiciū dei sui nō dereliquerit. Rogant me iudicia iustitie: et appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus ⁊ nō aspexisti: humiliauim⁹ animas nostras ⁊ nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenietur voluntas vestra: ⁊ omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites ⁊ cōtētiōes ieiunatis: ⁊ ꝑcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsqꝫ ad hanc diem: vt audiatur in excelso clamor vester. Nūquid tale est ieiuniū quod elegi ꝑ diem: affligere hominē aīam suā? Nunqd cōtorquere q̄si circuluz caput suum: ⁊ saccū ⁊ cinerē sterner̄? Nūqd istud vocaui ieiuniuz ⁊ diē acceptabilē domino? Nōne hoc est magis ieiuniū quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos depmentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: ⁊ omne onus dirū pe. Frange esurienti panem tuum: ⁊ egenos vagosqꝫ induc ī domū tuā. Cum videris nuduz operi eū: ⁊ carnē tuā ne despexeris. Tūc erūpet q̄si mane lumen tuū: ⁊ sanitas tua citi⁹ orietur. Et anteibit faciez tuā iustitia tua: ⁊ gloria domini colliget te. Tūc inuocabis: ⁊ dominus exaudiet. Clamabis ⁊ dicet: ecce ad suz. Or misericors sum: dñs de⁹ tuus. Graduale.

Vnam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini. ℣. Vt videam voluntatem domini: ⁊ protegar a templo sancto suo. Tractus. Domine non ꝑm peccata nostra facias nobis: neqꝫ. folio. 33. Seq̄ntia sancti euangelij. Secundum Mattheum. V.



In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Audistis qz dictuz est: diliges proximũ tuũ: z odio habebis inimicũ tuum. Ego autez dico vobis. Diligite inimicos vros: benefacite his qui oderũt vos: z orate pro persequentibus z calũniantibus vos: vt sitis filij patris vri qui in celis ẽ: qui solẽ suum oriri facit sup bonos z malos: z pluit sup iustos z iniustos. Si enim diligitis eos q vos diligũt: quã mercedẽ habebitis? Nõne z publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vros tantuz: quid amplius facitis? Nõne z ethnici hoc faciũt? Estote ergo z vos pfecti: sicut z pater vester celestis pfectus ẽ. Attendite ne iusticiam vestraz faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Alioquin mercedẽ non bẽbitis apud pẽz vestrũ qui in celis est. Cũ ergo facis elemosynã noli tuba canere añ te: sicut hypocrite faciunt in synagogis z in vicis: vt honorificẽt ab hoibus. Amen dico vobis: receperũt mercedẽ suaz. Tu ãt faciente elemosynã: nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in absconso. Et pater tuus qui videt in abscoso: reddet tibi. **Offer.** Domine viuifica me scõm eloquiũ tuũ: vt sciã testimonia tua. **Secr.** Sacrificiuz domine obseruantie paschalis offerim9 presta quesumus: vt tibi z mẽtes nostras reddat acceptas: z continentie promptioris nobis tribuat facultatem. Per dñm nostrum ihesum christuz **Comm.** Seruite domino in timore z exultate ei cum tremore apprehendite disciplinã ne peatis ò via iusta **Cõp.** Spiritũ nobis domie tue charitatis ifunde: vt quos vno pane celesti satiasti: tua facias pietate cõcordes. Per dominum nr̃m ihesum christũ filiũ tuum. **Super populum. Dio.** Tuere domine populuz tuum: z ab omnibus peccatis clementer emũda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla ei dominet iniquitas. Per dominũ. **Sabbato. Introitus.**



Esto mihi in deum protectorem z in locuz refugij vt saluũ me facias: quoniam firmamẽtum meum z refugiuz meuz es tu: z propter nomẽ tuum dux mihi eris z enutries me. ℣.

In te domine speraui non ꝯfundar in eternũ: i iusticia tua libera me. Oro

Preces nostras quesumꝰ domine clementer exaudi: atq; a pcõꝝ vinculis absolutos: ab oi nos aduersitate custodi. Per dñm nr̃m iesum chr̃m filium tuum: Qui tecum. Lctõ esaie prophete. LVIII. C.



Hec dicit dñs. Si abstuleris de medio tui cathenam: ⁊ desieris digitum tuum extendere ⁊ loqui quod nõ prodest. Cũ effuderis esurienti animã tuam: ⁊ aĩaz afflictã repleueris: tunc orietur in tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erũt sicut meridies: ⁊ requiẽ dabit tibi dñs deus tuus semp: ⁊ implebit splendoribus aĩam tuã: ⁊ ossa tua liberabit. Et eris q̃si hortus irriguus: ⁊ sicut fons aquaꝝ cuius non deficiẽt aque. Et edificabũtur ĩ te deserta seculoꝝ. Fundamenta generationis ⁊ generatiõis suscitabis: ⁊ vocaberis edificator sepium: auertens semitas inquietẽ. Si auertis a sabbato pedem tuum facere voluntatẽ tuam in die sancto meo: ⁊ vocaueris sabbatum dedicatum ⁊ sanctum domini gloriosuz. Et glorificaueris eum dum non facis vias tuas: ⁊ non inuenietur voluntas tua vt loquaris sermonem: tunc delectaberis sup̃ domino: ⁊ sustollam te super altitudinem terre: ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enĩ domini locutum est. Graduale

Tu est deus qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuaz. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum: filios israel ⁊ ioseph. Scdm Marcum. VI. C.



In illo tempore: Cuz sero esset factum: erat nauis in medio maris ⁊ iesus solus in terra: ⁊ vidit discipulos suos laborãtes in remigãdo. Erat enĩ ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare: ⁊ volebat preterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare: putauerunt phantasma esse: ⁊ exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt: ⁊ turbati sunt. Et statiz locutus est cum eis: ⁊ dixit illis. Confidite: ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: ⁊ cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus erat enim cor illorum obcecatum. Et cum transfretassent peruenerunt in terram genaza

reth: ⁊ applicuerunt. Cumq; egressi essent de naui cōtinuo cognouerunt euz. Et ꝑcurrentes vniuersaz regionem illā: ceperūt: in grabatis eos q se male habebāt circūferre: vbi audiebant eum esse. Et quocūq; introibat: in vicos vl' in villas aut ciuitates. In plateis ponebāt infirmos: ⁊ deprecabantur eum: vt vel fimbriam vestimēti eius tangerent. Et quotquot tangebant eū: salui fiebāt. Off.

Benedictus es domine: ⁊ doce me iustificationes tuas: benedictus es domine: doce me iustificationes in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Secreta.

Hec hostia q̄sumus domine emundet nostra delicta: ⁊ sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesq; scificet. ꝑ dñm. Cōmunio.

Mādūcauerūt ⁊ saturati sūt nimis: ⁊ d̄sideriū eoꝝ attulit eis dñs: nō sūt fraudati a desiderio suo. Cōplēda.

Quesumus op̄s deus: vt qui celestia alimēta percepim⁹: ꝑ hec cōtra oīa aduersa muniamur. ꝑ. Sup ppl'z oro

Adesto quesum⁹ domine supplicationibus nostris: ⁊ in tua misericordia confidentes: ab oī nos aduersitate custodi. Per dominum nostrum. iesum christuz. ¶ Dominica p̄ma in q̄dragesima. Introitus



Inuocauit me ⁊ ego exaudiā eū: eripiā eū ⁊ glorificabo eū: longitudine dieruz adimplebo eum. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: i ꝓtectiōe dei celi cōmorabitur. Oro.

Deus q ecclesiā tuam annua quadragesimali obseruatiōe purificas: p̄sta familie tue: vt qd̄ a te obtinere abstinēdo nitit̄: hoc bonis op̄ibus exequatur. Per dñm nr̄z. Que sola dicat. Ad Corinth. ij. VI. C.



Fratres: Hortamur vos ne in vacuum gratiaz dei recipiatis. Ait enim. Tp̄e accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis audiui te. Ecce nūc tp̄s acceptabile: ecce nūc dies salutis. Nemini dātes vllā offensionez: vt non vituperet̄ ministeriū nr̄m. Sz in oībus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patiētia: i tribulationibus: in necessitatib⁹: in angustijs: i plagis: in carcerib⁹: in seditiōibus: in laborib⁹: in vigilijs:

in ieiunijs:in castitate:in scia:in longanimitate:in suauitate: in spū scō:in charitate nō ficta: in vbo vitatis. In virtute dei p arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris:p gloriā ⁊ ignobilitatē:p i famiā ⁊ bonā famā: vt seductores ⁊ veraces:sicut qui ignoti ⁊ cogniti. Quasi moriētes ⁊ ecce viuim⁹:vt castigati ⁊ nō mortificati. Quasi tristes:semp autez gaudētes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanq̄ nihil hñtes:⁊ oia possidētes. Gra. Angelis suis deus mandauit de te:vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te ne vnq̄ offendas ad lapidez pedē tuum. Tractus. Qui habitat in adiutorio altissimi in ꝓtectione dei celi cōmorabitur. ℣. Dicet domino susceptor meus es tu:⁊ refugium meuz:deus meus sperabo in eū. ℣. Quoniā ipse liberauit me de laqueo venātiū:⁊ a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obūbrabit tibi:⁊ sub pennis eius sperabis. ℣. Scuto circundabit te veritas eius:nō timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volante per diem: a negocio per ambulante in tenebris:a ruina ⁊ demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille ⁊ decē milia a dextris tuis:tibi autez non appropinquabit. ℣. Quoniam angelis suis mandauit de te:vt custodiant te in omnib⁹ vijs tuis. ℣. In manibus portabūt te ne vnq̄ offendas:ad lapidem pedem tuū. ℣. Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis:⁊ ꝯculcabis leonem ⁊ draconem. ℣. Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegaz eum quoniam cognouit nomen meum. ℣. Inuocabit me:⁊ ego exaudiam eum:cum ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiam eum ⁊ glorificabo eum:longitudine dierum replebo eum:⁊ ostendam illi salutare meuz.

Secundum Mattheū IIII.C.



In illo tpe: Ductus ē iesus in desertū a spiritu vt tentaret a diabolo. Et cum ieiunasset q̄dragita diebus ⁊ q̄draginta noctibus: postea esurijt. Et accedēs tētator dixit ei. Si fili⁹ dei es:dic vt lapides isti panes fiāt. Qui rñdens dixit. Scriptū est. nō in solo pane viuit hō: sed in oī verbo qd ꝓcedit de ore dei. Tūc assūpsit eū diabolus in sanctā ciuitatē:⁊ statuit eū supra pinaculū tēpli:⁊ dixit ei. Si filius dei es:mitte te deorsū. Scriptū ē eni:qr angel' suis mādauit de te:⁊ in manib⁹ tollēt te:ne forte offēdas ad lapidē pedē tuum. Ait illi iesus rursū. Scriptū ē: nō tētabis dñm deū tuū. Iterū assūpsit eū diabolus in mōtem excelsū: valde:⁊ oñdit ei oia regna mūdi ⁊ gl'iā eoꝝ:⁊ dixit il-

li. Hec oia tibi dabo si cadens adoraueris me. Tūc dixit ei ie-sus. Vade sathana: scriptum est eni. Dñm deū tuū adorabis: ⁊ illi soli seruies. Tūc reliquit eū diabolus: ⁊ ecce angeli accesse-runt ⁊ ministrabant ei. **Offert.** Scapulꝫ suis obūbrabit tibi dñs: ⁊ sub pēnis eius sperabis: scuto circū dabit te veritas eius. **Secreta.** Sacrificiū q̄dragesimalis initū solēniter imolamus te dñe deprecātes: vt cū epula-rum restrictione carnalium: a noxijs quoqꝫ voluptatibus tē peremur. Per dominū. **Cō.** Scapulꝫ suis obūbrabit tibi: ⁊ sub pēnis eius sperabis: scuto circunda-bit te veritas eius. **Complenda.** Tui nos dñe sacri libatio scā restauret: ⁊ a vetusta-te pūrgatos in mysterij salutā-ris faciat trāsire ꝓsortiū. Per dñm nr̄m iesum christum filiū tuum: Qui te. **Fer.ij. Intro.**



Sicut oculi ser-uorum in ma-nibus dñorū suorū: ita ocu-li nr̄i ad dñm deū nostrum donec mise-reatur nostri: miserere nr̄i dñe miserere nobis. **Kyrie.**

Ad te leuaui oculos meos: qui habi-tas in celis. Gloria patri. **Oratio** Quaesumus nos deus salu-taris nr̄: ⁊ vt nobis ieiu-nium q̄dragesimale pficiat mē tes nr̄as celestibus instrue disci plinis. Per dñm nostrū iesum christum filium tuum. **Lectio ezechi. prophete.** XXXIIII.



Hec dicit do-minus. Ecce ego ipse regrā oues meas. Et visitabo eas sicut visitat pa-stor gregē suum: in die qñ fuerit in me-dio ouium suarꝫ dis sipatarꝫ. Sic visitabo oues mea-as. Et liberabo eas de omnib⁹ locis in qbus dispersē fuerant i die nubis ⁊ caliginis. Et educā eas de pplis: ⁊ cōgregabo eas de terris. Et inducā eas in terrā suam: ⁊ pascam eas in mōtibus israel: in riuis ⁊ in cūctis sedib⁹ terre. In pascuis vberrimis pa scā eas: ⁊ in mōtib⁹ excelsis isr̄l erūt pascue earꝫ. Ibi requiescēt in herbis virētib⁹: ⁊ in pascuis pi guibus pascent̄ sup mōtes isr̄l. Ego pascaꝫ oues meas: ⁊ ego eas accubare faciā: dicit domi-nus de⁹. Qō perierat requirā: ⁊ qō abiectū erat reducā. Et qō ꝓfractū fuerat alligabo: ⁊ qō i-firmū fuerat ꝓsolidabo: ⁊ qō pi gue ⁊ forte custodiam. Et pa-

scaz illas in iudicio ⁊ iustitia: dicit dominus omnipotēs. Gra.
Protector nr̄ aspice deus: ⁊ respice sup seruos tuos. W. Dñe deus virtutū exaudi preces seruoꝝ tuorum. Tractus. Domine nō scōm peccata. folio. 33. Scōz mat. XXV.



In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit filius hoīs in maiestate sua ⁊ oēs angeli eius cū eo: tunc sedebit sup sedē maiestatis sue: ⁊ ꝯgregabuntur ante eū omnes gentes: ⁊ separabit eos abinuicez sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues qdez a dextris eius: hedos aūt a sinistris. Tūc dicet rex his qui a dextris eius erūt. Uenite bñdicti pr̄is mei: possidete paratū vobis regnū a ꝯstitutiōe mundi. Esuriui eni ⁊ dedistis mihi māducare. Sitiui ⁊ dedistis mihi bibere. Hospes eram ⁊ collegistis me. Nudus: ⁊ operuistis me. Infirm⁹: ⁊ visitastis me. In carcere erā: ⁊ venistis ad me. Tūc rñdebūt ei iusti dicentes. Dñe qñ te vidimus esurientē: ⁊ pauimus te. Sitientem: ⁊ dedimus tibi potum. Quando autem vidim⁹ te hospitem: ⁊ collegimus te: aut nudū ⁊ cooperuim⁹ te. Aut qñ vidimus te infirmū aut in carcere: ⁊ venim⁹ ad te. Et rñdēs rex dicet illis. Amen dico vobis: q̄z diu fecistis vni de his fratrib⁹ meis mīmis: mihi fecistis. Tūc dicet ⁊ de his q a sinistris ei⁹ erūt. Discedite a me maledicti in ignē eternū: q paratus est diabolo ⁊ angel' eius. Esuriui enī: ⁊ nō dedistis mihi māducare. Sitiui: ⁊ nō dedistis mihi potū. Hospes erā ⁊ nō collegistis me. Nudus: ⁊ nō opuistis me. Infirm⁹ ⁊ in carcere: ⁊ non visitastis me. Tūc rñdebūt ei ⁊ ipsi dicētes. Dñe: qñ te vidim⁹ esuriētē: aut sitientē: aut hospitem: aut nudū: aut īfirmuz: vel incarcere: ⁊ nō mīstrauim⁹ tibi. Tūc rñdebit illis dicēs. Amen dico vobis: q̄z diu nō fecistis vni de minorib⁹ his: nec mihi fecistis. Et ibūt hij in suppliciū eternū: iusti autem in vitā eternā. Off.
Reuela oculos meos ⁊ ꝯsiderabo mirabilia tua dñe: vt doceas me iusticiā tuā: da mihi intellectum vt discam mandata tua. Secreta.
Munera dñe oblata scīfica: nosqz a pctōꝝ nr̄orū macul' emūda. Per do. Com.
Voce mea ad dñz clamaui ⁊ exaudiuit me de mōte scō suo: nō timebo milia ppl'i circūdātis me. Cōplē.
Salutaris tui dñe: munere satiati supplices exoram⁹: vt cuius letamur gustu: renouemur effectu. p. Sup ppl'z. oro

ABsolue q̃s dñe nr̃oꝝ vi cula pcõꝝ: ⁊ qcqd pro eis meremur ꝓpitiatꝰ auerte. Per

Feria.iij. Introitus.



DOmine refugium faciꝰ es nobis a generatiõe ⁊ ꝓgenie a seculo ⁊ in seculũ tu es. ps. Priusq̃ mõtes fierẽt aut formaret̃ terra ⁊ orbis: a scl̃o ⁊ vsq; in scl̃m tu es deus. oro.

REspice dñe familiam tuaꝫ ⁊ presta: vt apud te mens nr̃a tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratiõe castigat. Per. Lectio esaie ꝓ. LV.C.



IN diebus illis. Locutus ẽ esaias propheta dicẽs. Querite dominum duꝫ inueniri potest. Inuocate eum duꝫ prope est. Derelinquat impius viam suam: ⁊ vir iniquus cogitationes suas. Et reuertatur ad dominuꝫ: ⁊ miserebitur eius: ⁊ ad deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitatiões vestre: neq; vie mee vie vestre dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: ⁊ cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et quomodo descẽdit imber ⁊ nix de celo: ⁊ illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram: ⁊ infundit eam: ⁊ germinare eaꝫ facit. Et dat semen serenti: ⁊ panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredieť de ore meo. Non reuertetur ad me vacuũ: sed faciet quecunq; volui. Et ꝓsperabitur in his ad que misi illud: ait dominus omnipotens. Gradua. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Secundum Mattheum. XXI.



IN illo tempore: Cum itrasset iesus hierosolymam commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi autem dicebãt. Hic est iesus propheta a nazareth galilee. Et intrauit iesus in templũ dei: et eijciebat omnes vendentes ⁊ ementes in templo: ⁊ mensas nummulariorum: ⁊ cathedras vendentium columbas euertit. Et dicit eis. Scriptuꝫ est. Domus mea domus oronis voca

bitur: vos aũt feciſtis illã ſpelũ cam latronũ. Et acceſſerũt ad eũ ceci ⁊ claudi in templo ⁊ ſanauit eos. Videntes autẽ principes ſacerdotũ ⁊ ſcribe mirabilia que fecit: ⁊ pueros clamãtes in templo ⁊ dicẽtes. Oſãna filio dauid: indignati ſunt ⁊ dixerũt ei. Audis quid iſti dicũt? Jeſus aũt dixit eis. Utiq; nũq̃ legiſtis: quia ex ore infantiuz ⁊ lactentiũ pfeciſti laudẽ. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam: ibiq; docebat eos de regno dei. **Offerto.** In te ſperaui domine dixi tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. **Secreta.**

OBlatis q̃s dñe placare muneribus ⁊ a cunctis nos defende periculis. Per d. **Com.** Cum inuocarẽ te exaudiſti me deus iuſtitie mee: in tribulatione dilataſti me: miſerere mihi domine ⁊ exaudi oratiõnem meam. **Cõplẽda.**

QUeſumus dñe omps deus: vt illius ſalutaris capiamus effectũ cuius per hec myſteria pignus accepimus: Per dñm nr̃m ieſum chr̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen. **Super pplm.** **Oratio.**

AScendãt ad te dñe pces nr̃e: ⁊ ab eccleſia tua cunctã repelle negtiaz. Per dominũ nr̃m ieſum chr̃m filiũ tuũ ⁊c.

Feria.iiij.q̃tuor tpz. Inſ.



REmiſcere miſerationuz tuaꝝ domine ⁊ miſericor/die tue que a ſeculo ſũt: ne vnq̃ dominẽtur nobis inimici nr̃i: libera nos deus iſrael ex oĩb⁹ anguſtijs nr̃is. **ps.** Ad te dñe leuaui aiam meã: deus me⁹ in te confido non erubeſcam. **Dicatur abſq; ſalutatione.** Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. **Oratio.**

PReces nr̃as q̃s dñe clemẽter exaudi: ⁊ ꝓtra cuncta nobis aduerſantia dexteram tue maieſtatis extẽde. Per dñz nr̃m ieſum chr̃m filiũ tuuz. Qui tecũ viuit ⁊ regnat deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amẽ.

Lectio libri. Exodi. XXIIII.



IN diebus illis: Dixit dñs ad moyſen. Aſcẽde ad me in montẽ ⁊ eſto ibi. Daboq; tibi duas tabulas lapideas: ⁊ legẽ ac mandata que ſcripſi: vt doceas filios iſrl̃. Surrexerũt aũt moyſes ⁊ ioſue miniſter eius.

Ascendensq3 moyses in montē dei:seniorib9 ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos: habetis aaron ⁊ hur vobiscum: si quid natū fuerit questionis:referetis ad eos. Cūq3 ascendisset moyses operuit nubes mōtem:⁊ habitauit gl'ia domini super synai:tegens illuz nube sex diebus. Septimo aūt die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini quasi ignis 'ardens super verticem montis in conspectu filiorum israel. Ingressusq3 moyses medium nebule ascendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Graduale Tribulationes cordis mei dilatate sunt:de necessitatib9 meis eripe me domine. ℣. Uide humilitatem meam ⁊ laborem meum:⁊ dimitte omnia peccata mea. Hic dicitur Dominus vobiscum. Flectamus genua. Oratio Euotionez populi tui q̄sumus domine benignus intende:vt qui per abstinentiā macerantur in corpore:per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominū nostrum iesuz christum filium tuuz:Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculoꝝ. Amen. Lectio libri regum tertio libro. XIX. C.



In diebus illis: Uenit helyas in bersabee iuda et dimisit ibi puerū suum:⁊ perrexit in desertū viaz vni9 diei. Cūq3 venisset ⁊ sederet subter vnam iunipezi:⁊ petiuit anime sue vt moreretur:⁊ ait. Sufficit mihi dñe:tolle queso aiam meam:neq3 enim melior sum q̄m patres mei. Proiecitq3 se ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eū: dixitq3 illi. Surge comede. Respexit:⁊ ecce ad caput suū sub cinerici9 panis ⁊ vas aq̄. Comedit ergo ⁊ bibit:⁊ rursū obdormiuit. Reuersusq3 ē angelus dñi secūdo:⁊ tetigit eū:dixitq3 illi. Surge ⁊ comede:grādis eni restat tibi via. Qui cuz surrexisset comedit ⁊ bibit:⁊ ābulauit in fortitudine cibi illius quadragita diebus ⁊ quadraginta noctibus vsq3 ad montē dei oreb. Tractus. De necessitatibus meis eripe me dñe vide humilitatem meam ⁊ laborem meum:⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animam meam:deus meus in te cōfido non erubescaz:neq3 irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur:confundantur omnes facientes vana. Secundum Mātheū. XII. C.



In illo tempore: Accesserũt ad ieſũ ſcribe ⁊ pharisei dicentes. Magiſter: volum⁹ a te ſignũ videre. Qui rñdens ait illis. Generatõ mala ⁊ adultera: ſignũ querit ⁊ ſignũ nõ dabitur ei: niſi ſignũ ione prophete. Sicut enĩ ionas fuit in vẽtre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctib⁹: ſic erit filius hois in corde terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Viri niniuite ſurgẽt i iudicio cũ generatione iſta. Et cõdẽnabunt eam: q̃ penitentiam egerunt in p̃dicatione ione. Et ecce pluſq̃ ionas hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cũ gñatione iſta: ⁊ condẽnabit eaz: q̃ venit a finibus terre audire ſapientiã ſalomonis. Et ecce pluſq̃ ſalomõ hic. Cũ autem imũdus ſpiritus exierit ab homie: ambulat per loca arida q̃rens requiem ⁊ nõ inuenit. Tũc dicit: reuertar in domũ meam vnde exiui: ⁊ veniẽs inuenit eã vacãtem ſcopis mundatã ⁊ ornataz tunc vadit ⁊ aſſumit ſecũ ſeptẽ alios ſpũs nequiores ſe. Et intrãtes habitãt ibi: ⁊ fiunt nouiſſima hois illius peiora p̃ioribus. Sic erit ⁊ gñatiõi huic peſſime. Adhuc eo loq̃nte ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres ſtabant foris q̃rentes loqui ei. Dixit ãt ei quidam. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris ſtant q̃rentes te. At ipſe rñdens dicẽti ſibi: ait. Que eſt mater mea: Et qui ſunt fratres mei: Et extendens manũ in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater: ſoror ⁊ mater eſt.

Offertorium.

Meditabar in mandatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mãdata tua que dilexi.

Secre.

Hoſtias tibi dñe placationis offerimus: vt ⁊ delicta noſtra miſeratus abſoluas: ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dñm nr̃m ieſum chr̃m filiuz tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. p oĩa ſecula ſcl̃oz. Amẽ.

Com.

Intellige clamorem meum: intende voci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus: quoniam ad te orabo domine.

Complenda.

Mi domine perceptione ſacramenti ⁊ a noſtris mundemur occultis: ⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dominuz. noſtrum ieſum chr̃m filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regn.

Super populum. Oratio.

Mentes nr̃as q̃s dñe lumẽ tue claritatis illuſtra vt videre poſſimus que agẽda

sunt: ⁊ que recta sunt agere valeamus. Per d. ¶ Fer. v. Intr.



Confessio ⁊ pulchritudo i ꝯspectu eius: scitas et magnificētia in sctificatiōe eius. ps. Cātate dño cāticuz nouū: cātate dño oīs terra. Oro.

Deuotionē ppli tui q̄s domine benignus intēde: vt q per abstinentiā macerant in corpe: ꝑ fructū boni opis reficiant in mente. Per dñm nr̄m iesum chr̄m filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūssancti de⁹. Per oīa secula scl'orum. Amen. Lectio Ezechielis prophe. XVIII. C.



In diebus illis: Factus est sermo domini ad me dicēs. Quid est qd̄ iter vos parabolaz vertitis in ꝓuerbiū istud in terra isrl' dicentes. Pr̄es nr̄i comederunt vuā acerbā: ⁊ dentes filioꝝ obstupescunt. Viuo ego dicit dñs deus. Si erit vobis vltra parabola hec in ꝓuerbiuz in isrl'. Ecce oēs aīe mee sunt vt aīa pr̄is: ita ⁊ aīa filij mea est. Aīa q̄ peccauerit ipsa morieť. Et vir si fuerit iust⁹: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusticiā: in mōtibus nō comederit: ⁊ oculos suos nō leuauerit ad idola dom⁹ isrl': ⁊ vxorē ꝓximi sui nō violauerit: Et ad mulierez menstruatā non accesserit ⁊ hominē non ꝯtristauerit: pignus debitori reddiderit ꝑ vim nihil rapuerit: panē suū esurienti dederit ⁊ nudū operuit vestimento. Ad vsuraz non cōmodauerit: ⁊ amplius nō acceperit: ab iniqtate auerterit manū suaz ⁊ iudiciū veꝝ fecerit inter viꝝ et viꝝ: ⁊ in p̄ceptis meis ābulauerit ⁊ iudicia mea custodierit: vt faciat veritatē: hic iustus est: vita viuet ⁊ non morietur: ait dominus omnipotens. Grad.

Custodi me dñe vt pupillaz oculi: sub vmbra alaꝝ tuaꝝ protege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant equitatē. Secūdū Joā. VIII. C.



In illo tēpore: Dicebat iesus ad eos q crediderūt ei iudeos. Si vos māseritis in sermōe meo: vere discipuli mei eritis: ⁊ cognoscetis veritatē: ⁊ veritas liberabit vos. Rñderunt ei. Semen abrae sum⁹ ⁊ nemini seruiuim⁹ vnq̄z: qūo tu dicis liberi eritis?

Rñdit

Rñdit eis ieſus. Amẽ amen dico vobis: q̃ oĩs q̃ facit pcm̃ ſeruus ẽ peccati. Seruus ãt nõ manet in domo in eternũ: filius ãt manet in eternũ. Si ergo vos filiꝰ liberauerit: vere liberi eritis. Scio q̃ filij abrae eſtis ſed q̃ritis me iterficere: q̃ ſermo meus nõ capit in vobis. Ego q̃ vidi apud p̃ez loquor ⁊ vos que vidiſtis apud p̃ez vr̃z facitis. Rñderũt ⁊ dixerunt ei. P̃r̃ noſter abrãã ẽ. Dicit eis ieſus. Si filij abrae eſtis: opa abrae facite. Nunc ãt queritis me interficere: hoiem q̃ veritatẽ locutus ſum vobis: quaz audiui a deo: hoc abrãã non fecit. Vos facite opa p̃ris vr̃i. Dixerunt itaq̃ ei. Nos ex fornicatiõe non ſumus nati: vnũ patrẽ habemus deũ. Dixit ergo eis ieſus. Si deus p̃r̃ veſter eẽt: diligeretis vtiq̃ me. Ego enĩ ex deo pceſſi et veni. Neq̃ enĩz a meipſo veni: ſz ille me miſit. Quare loquelã meam nõ cognoſcitis: q̃ nõ poteſtis audire ſermonẽ meum: vos ex p̃re diabolo eſtis ⁊ deſideria p̃ris vr̃i vultis facere. Ille homicida erat ab initio ⁊ i veritate nõ ſtetit: q̃ veritas nõ eſt in eo. Cũ loquit mẽdaciũ ex p̃priis loquit: q̃ mendax eſt ⁊ pater eius. Ego ãt ſi veritatem dico: non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de pctõ? Si veritatem dico quare vos non creditis mihi? Qui ex deo eſt: verba dei audit. **Offertorium.** Immittit angelus dñi in circuitu timentiũ eũ ⁊ eripiet eos guſtate ⁊ videte q̃m ſuauis eſt dominus. **Sec.** Sacrificia q̃s dñe ppenſius nos iſta ſaluent q̃ medicinalib⁹ ſunt inſtituta ieiunijs. p. **Cõ.** Panis quem ego dedero caro mea eſt pro ſeculi vita. **Cõplẽ.** Tuoꝛnos domine largita te donoꝛ ⁊ temporalibus attolle preſidijs ⁊ renoua ſẽpiternis. Per dominum noſtrũ.

Super populum. Ofo. Da q̃s dñe pplis chriſtianis ⁊ q̃ profitent agnoſcere: ⁊ celeſte munus diligere q̃ frequẽtant. Per dñm nr̃m ieſuz chriſtum. **Feria ſexta. Introitus**



Tene ceſſi tatibus meis eripe me domine: vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ ⁊ dimitte oĩa pctã mea. **p̃s.** Ad te dñe leuaui aiaz meam: deus meus in te confido nõ erubeſcam. **Ofo.** Aſto dñe ppiti⁹ plebi tue: ⁊ quã tibi facis eẽ deuotã benigno refoue miſeratus au-

xilio. Per dominum. Lectio ezechielis prophete. XVIII.



Hec dicit domi
nꝰ deus. Aia q̃
peccauerit: ipsa mo
rieť. Filiꝰ non porta
bit iniqtatez pr̃is: ⁊
pr̃ nõ portabit iniq-
tatẽ filij. Justitia iu-
sti sup eũ erit: ⁊ ipie
tas ipij erit sup eũ. Si aũt ipius
egerit penitẽtiã ab oibus pctis
suis q̃ opatꝰ ẽ: ⁊ custodierit oia
p̃cepta mea: ⁊ fecerit iudiciuz ⁊
iustitiã: vita viuet ⁊ nõ morieť:
oium iniqtatũ eius q̃s opatus
ẽ nõ recordabor. In iustitia sua
quã opatus ẽ viuet. Nunqd vo
lũtatis mee ẽ mors ipij dicit do
minꝰ deus: ⁊ nõ vt ꝯuertatur a
vijs suis ⁊ viuat. Si ãt auerte-
rit se iustꝰ a iustitia sua: ⁊ fecerit
iniqtatẽ: scdm oẽs abominatio
nes q̃s opari solet ipius nunqd
viuet: oẽs iustitie eiꝰ quas fece-
rat nõ recordabunť in preuari-
catiõe qua preuaricatus est: ⁊ in
peccato suo qd peccauit in ip̃is
morieť. Et dixistis. Nõ est equa
via domini. Audite ergo do-
mus isrl'. Nũquid via mea non
ẽ equa ⁊ nõ magis vie vr̃e pra-
ue sunt? Cũ eniz auerterit se iu
stus a iustitia sua: ⁊ fecerit iniq-
tatẽ morietur in eis: in iniustitia
quã opatus est morieť. Et cum
auerterit se ipius ab impietate
sua quã operatus est: ⁊ fecerit
iudiciũ ⁊ iustitiã: ipse animã suã
viuificabit. Considerans enim
auertẽs se ab oibus iniqtatibus
suis q̃s operatus est vita viuet
⁊ non morietur: dicit dominus
omnipotens. Graduale.

Saluũ fac seruũ tuum deus meus
sperantẽ in te. ℣. Auribus percipe
dñe orationẽ meam. Sm Joan. V.



In illo tempo-
re: Erat dies fe
stus iudeoꝝ: ⁊ ascen
dit iesus hierosoly-
mã. Est aũt hieroso
lymis ꝓbatica pisci-
na q̃ cognominaba
tur hebraice bethsai
da qnq̃z porticus hñs. In his
iacebat multitudo languentiũ
cecoꝝ: claudoꝝ ⁊ aridoꝝ expe-
ctantiũ aque motuz. Angelus
aũt dñi scdm tp̃s descendebat i
piscinã: ⁊ mouebať aqua. Et qui
prior descẽdisset in piscinã post
motionẽ aque: sanus fiebat a q̃
cunqz detinebatur infirmitate.
Erat aũt quidã homo ibi trigin
ta ⁊ octo annos hñs in infirmi-
tate sua. Hunc cuz vidisset iesus
iacentez: ⁊ cognouisset qr mul
tũ iam tp̃s hẽret dicit ei. Vis sa
nus fieri. Rñdit ei languidus.
Dñe hoiem non hẽo: vt cũ tur
bata fuerit aq̃ mittat me in pi-
scinã: dum venio enim ego: ali-
us ante me descẽdit. Dicit ei ie

sus. Surge tole grabatū tuum ⁊ ambula. Et statī sanus factus est homo ille: ⁊ sustulit grabatū suum ⁊ ambulabat. Erat autez sabbatū in illa die. Dicebant ergo iudei illi q sanatus fuerat. Sabbatus est: non licet tibi tollere grabatū tuuz. Rñdit eis lā guidus. Qui me sanū fecit: ille mihi dixit: tolle grabatū tuū ⁊ ambula. Interrogauerūt ergo euz. Quis est ille hō qui dixit tibi: tolle grabatū tuum ⁊ ambula? Js aūt qui sanus fuerat effectus nesciebat qs esset. Jesus ät declinauit a turba ꝓstituta i loco. Postea iuenit eū iesus in tē plo ⁊ dixit ei. Ecce sanus factꝰ es: iam noli peccare ne deteriꝰ tibi aliqd contingat. Abýt ille homo: ⁊ nunciauit iudeis q̄ iesus esset: q fecit eum sanū. Off.

Benedic anima mea domino ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eiꝰ: ⁊ renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Ascipe quesumus domie munera nostris oblata seruitijs: ⁊ tua ꝓpicius dona sanctifica. Per dominum. Commu.

Erubescant: ⁊ conturbētur omnes inimici mei: auertantur retrorsum ⁊ erubescāt valde velociter. Comp.

Per huius domine operationem mysterij ⁊ vita nostra purgentur: ⁊ iusta desideria compleantur. Per dominum nostrum iesum christum filium.

Super populum. Oratio.

Exaudi nos misericors deus: ⁊ mentibꝰ nostris gratie tue lumen ostende. Per dominum nostrum. ℂ Sabbato quatuor temporum. Introitus.



Intret oratio mea in cōspectu tuo: inclina aurē tuaz ad precē meā dñe. ꝑs. Domine deus salutis mee in die clamaui ⁊ nocte coram te. Gloria ꝑri.

Oremus. Flectamus ge. oro.

Populum tuum dñe quesumus ꝓpicius respice atq̄ ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dñm nostrum iesum christum filiuz.

Lcō lib. Deuteronomij XXVI



In diebus illis: Locutus est moyses ad dominum dicens. Respice domine de sanctuario tuo: ⁊ de excelso celorum habitaculo. Et benedic populo tuo israel: ⁊ terre quā dedisti nobis: sicut iurasti ꝓtribus nr̄is terre lacte ⁊ melle mananti. Audi

israel hodie dominus deus tuus precepit tibi vt facias mãdata eius atq; iudicia. Et custodias & impleas ex toto corde tuo: & ex tota aia tua. Dominũ elegisti hodie: vt sit tibi de⁹ & ambules in vijs eius: & custodias cerimonias illi⁹: & mãdata atq; iudicia: & obedias ei⁹ imperio. Et domin⁹ elegit te hodie: vt sis ei ppls peculiaris sicut locutus ẽ tibi: & custodias omnia ꝓcepta ei⁹. Et faciat te excelsiorem cunctis gẽtibus quas creauit i laudez & nomen & gloriam suã: vt sis populus sanctus dñi dei tui: sicut locut⁹ ẽ tibi. **Gra.** Propiti⁹ esto domine peccatis nostris: ne quãdo dicãt gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: & ꝓpter honorez nominis tui domine libera nos. Oremus: Flectam⁹ genua. Leua. **Oro.**

OEus qui nos intantis periculis cõstitutos ꝓ humana scis fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutẽ mentis & corporis: vt ea que ꝓ peccatis nostris patimur: te adiuuante vincamus. Per dominum. **Lcõ libri deuteronomij**

IN diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mandata que ego ꝓcipio vobis: & feceritis ea: vt diligatis dñm deũ vñm: & ambuletis in omnibus vijs ei⁹ adherẽtes ei: disperdet dñs omnes gentes istas ante faciem vestram: & possidebitis eas que maiores & fortiores vobis sũt. Omnis locus quẽ calcauerit pes vester: vester erit. A deserto: & libano & flumine magno eufrate vsq; ad mare occidentale erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum & formidinem dabit domin⁹ de⁹ vester: super omnem terrã quã calcaturi estis: sicut locutus ẽ vobis dñs deus vester. **Gra.** Protector noster aspice deus: & respice sup seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutũ exaudi ꝓces seruorũ tuorum. Oremus. Flectam⁹ ge. **Oro.**

PRotector nr̃ aspice deus vt q malox nr̃ox ponderе premimur: pcepta misericordia libera tibi mẽte famulemur Per. **Lectio libri Machabeorum.** I.C. libro scdo



IN diebus illis. Orationem faciebant sacerdotes dũ offerrent sacrificiũ pro pplo israhel: ionatha incipiente: ceteris aũt rñdentib⁹ & dicentib⁹. Benefaciat vobis deus: & meminerit testamenti sui qõ ad abraaz: ysaac & iacob locut⁹ est: seruox suox fideliuz. Et det vobis cor oĩbus vt colatis eũ: & faciatis ei⁹ voluntatẽ.

Adaperiat cor vestruz in lege sua ⁊ in p̃ceptis suis: ⁊ faciat pacem. Exaudiat orationes vr̃as ⁊ reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo: dominus deus vester. Gradua.

Dirigatur or̃o mea sicut incensum in ꝯspectu tuo dñe. ℣. Eleuatõ manuum meaꝝ sacrificiũ vespertinum.

Oremus. Flectamus ge. Or̃o

Adesto q̃s dñe supplicationibus nr̃is: vt esse te largiente mereamur ⁊ inter prospera humiles: ⁊ inter aduersa securi. Per dominum nostrum. Lcõ li. sapientie. Eccl̃i. XXXVI



Miserere nr̃i deus omnium ⁊ respice nos: ⁊ oñde nobis lucem miserationũ tuarũ. Et immitte timorẽ tuum super gentes que non exq̃sierunt te: vt cognoscãt qꝛ non est deus nisi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manũ tuaz sup̃ gẽtes alienas: vt videãt potentiã tuam. Sicut eni in ꝯspectu eorũ sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in eis: vt cognoscant te sicut ⁊ nos cognouim⁹: qꝛ non ẽ alius de⁹ preter te domine. In noua signa: ⁊ ĩmuta mirabilia: glorifica manũ ⁊ brachium dextrum. Excita furorez ⁊ effunde iram. Extolle aduersariuz ⁊ afflige inimicũ. Festina tẽpus et memẽto finis: vt enarrent mirabilia tua: dñe deus nr̃. Gradu.

Saluum fac ppl̃m tuũ dñe ⁊ benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamaui de⁹ me⁹ ne sileas a me: ⁊ ero sil̃is a descendentibus in lacum.

Oremus. Flectamus ge. Or̃o.

Quesumus op̃s deus vota humiliũ respice: atqz ad defensionẽ nostrã dexteraz tue maiestatis extẽde. Per dominum nostrum iesum. Lectio Danielis prophete. III. C.

In diebus illis. Angelus dñi descẽdit cũ azaria ⁊ socijs eius in fornacem. folio. 7. Hymnus. Benedictus es. folio. 7. ꝑ totũ vt in aduentu domini sabbato quatuor temporum Dominus vobiscuz. sine Flectamus genua. Oratio.

Deus q̃ tribus pueris mitigasti flãmas igniũ concede ꝓpiti⁹: vt nos famulos tuos non exurat flãma vitiorum. Per dñm nr̃m iesum christuz. Ad thessaloni. V. C. i. epistola



Fratres: rogamus vos: corripite inquietos: cõsolamini pusillanimes. Suscipite infirmos: patientes estote ad oẽs. Uidete ne q̃s malũ pro ma

lo alicui reddat: sz semp qd bonũ est sectamini inuicẽ ⁊ in oẽs. Semp gaudete: sine ĩtermissiõe orate: in oĩbus gr̃as agite. Hec ẽ eni volũtas dei in chr̃o iesu ĩ oĩbus vobis. Spũm nolite extinguere: ꝓphetias nolite spnere. Oĩa aũt ꝓbate: qd bonũ ẽ tenete: ab oĩ specie mala abstinete vos. Ipse aũt deus pacis scĩficet vos per oĩa: vt integer spiritus vester: ⁊ anima ⁊ corpus sine querela in aduentu domini nostri iesu christi seruet̃. Tract⁹.

Laudate dñm oẽs gentes: ⁊ collaudate eũ oẽs ppl̃i. ℣. Qm̃ ꝯfirmata est super nos misericordia eius: ⁊ veritas domini manet in eternnm.

Scd̃m mat. XVII.



In illo tpe: Assũpsit iesus petrũ ⁊ iacobũ ⁊ ioannẽ fratrẽ eius: ⁊ duxit illos in montez excelsum seorsum ⁊ transfigurat⁹ est ante eos. Et resplẽduit facies ei⁹ sicut sol vestimẽta aũt eius facta sũt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis moyses ⁊ helyas cũ eo loq̃ntes. Rñdens autẽ petrus dixit ad iesuz. Dñe: bonũ ẽ nos hic eẽ: si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnũ: moysi vnũ: ⁊ helye vnuz: Adhuc eo loquente: ecce nubes candida obũbrauit eos. Et ecce vox de nube dicẽs. Hic ẽ filius me⁹ dilectus: in quo mihi bñ cõplacui: ipsum audite. Et audiẽtes discipuli ceciderũt in faciẽ suam: ⁊ timuerũt valde. Et accessit iesus ⁊ tetigit eos: dixitqz illis. Surgite: ⁊ nolite timere. Leuãtes ãt oculos suos neminẽ viderũt: nisi solũ iesum. Et descẽdẽtibus illis de mõte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Offertoriũ.

Dñe deus salutis mee ĩ die clamaui ⁊ nocte corã te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Presentib⁹ sacrificijs quesum⁹ dñe ieiunia nostra scĩfica: vt qd obseruãtia nr̃a ꝓfitetur exterius: interi⁹ operet̃. Per dominum nostrũ iesum christum filiũ tuum: Qui tecuz viuit ⁊ regnat in vnitate spiritussancti deus: Per omnia secula seculorum. Amẽ. Com.

Domine deus meus in te speraui: libera me ex omnibus persequentibus me ⁊ eripe me. Complenda.

Sanctificationibus tuis oĩ potẽs deus ⁊ vitia nostra curentur: ⁊ remedia nobis eterna perueniant. Per dominuz nostrum iesum christum filium tuum: Qui tecuz viuit ⁊ regnat in vnitate spiritussancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen. Super populum. oĩo

DA populo tuo quesum⁹ domine spiritum veritatis ⁊ pacis: vt ⁊ tota mente cognoscat ⁊ que tibi sint placita toto corde sectetur. Per dñm nostrum iesum chr̄m filium tuũ Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritussancti de⁹: Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Dominica.ij.in quadragesima. Introitus.



REmiscere miserationũ tuaꝝ dñe ⁊ misericordie tue q̄ a seculo sunt: ne vnq̄ dominẽtur nobis inimici nr̄i: libera nos deus isrl̄ ex omnibus angustijs nr̄is. ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus me⁹ in te ꝯfido non erubescam. Oratio

DEus q ꝯspicis oĩ nos virtute destitui: ĩterius exteriusq; custodi: vt ⁊ ab oĩbus aduersitatib⁹ muniamur ĩ corpore: ⁊ a prauis cogitatiõib⁹ mundemur in mente. Per dominum nostrum. Sola dicitur. Ad Thessalonicen. IIII.j. ẽpl̄e

FRẽs: Rogam⁹ vos ⁊ obsecramus in oño iesu: vt quẽadmodũ accepistis a nobis qũo oporteat vos ãbular̄ ⁊ placere deo: sic ⁊ ãbuletis vt abundetis magis. Scitis enĩ que p̄cepta dederĩ vobis ꝑ dñm iesuz. Hec ẽ enĩ volũtas dei: scĩficatio vr̄a: vt abstineatis vos a fornicatiõe: vt sciat vnusq̄sq; vestrũ vas suũ possidere in sctĩficatiõe ⁊ honore. Nõ in passiõe desiderij: sicut ⁊ gẽtes q̄ ignorãt deũ. Et ne qs ꝑgrediat̄ neq; circũueniat in negocio fratrẽ suũ: qm̄ vĩdex est dñs de his oĩbus: sicut p̄diximꝰ vobis ⁊ testificati sumus. Nõ enĩ vocauit nos deus in ĩmundiciã: sz in scĩficationẽ: in chr̄o iesu dño nr̄o. Grad. off. ⁊ cõio oĩa vt supra. feri.iiij. folio.39. Tract⁹. Dixit dñs mulieri chananee: nõ ẽ bonũ sumere panẽ filioꝝ ⁊ mittere canib⁹ ad manducandũ. ℣. At illa dixit ẽt dñe: nã ⁊ catelli edũt de micis q̄ cadũt de mẽsa dñoꝝ suoꝝ. ℣. Ait illi iesus: o mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Secundũ matt. XV.



IN illo tempore: Egressus iesus secessit in partes tyri ⁊ sydonis: ⁊ ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamauit: dicens ei. Miserere mei domĩe fili dauid: filia mea male a demõe vexat̄. Qui non respondit ei verbuz. Et accedẽ

tes discipuli eiꝰ rogabant eũ dicentes. Dimitte eaz: qꝛ clamat post nos. Ipse aũt respondens ait. Nõ sũz missus nisi ad oues q̃ perierũt domus isrl'. At illa venit ꝛ adorauit eũ dicẽs. Domine adiuua me. Qui rñdens ait: Nõ est bonũ sumere panez filioꝝ ꝛ mittere canibus. At illa dixit. Etiã dñe. Nam ꝛ catelli edunt de micis q̃ cadunt de mensa dñoꝝ suoꝝ. Tunc rñdẽs iesus ait illi. O mlier magna ẽ fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata ẽ filia eiꝰ ex illa hora. Sec.

SAcrificijs pñtibus quesumus dñe intende placatus: vt ꝛ deuotioni nr̃e proficiant ꝛ saluti. Per dominuz nostrum iesum chꝛistũ. Cõplen.

SUpplices te rogamus oi/potens deus: vt quos tuis reficis sacris: tibi ét placitis moribꝰ dignãter deseruire ꝓcede. Per dñm. ¶ Feria.ij. Introi.



REdime me dñe ꝛ miserere mei: pes enĩ meus stetit in via recta: in ecclesiis benedicaz dominuz. ℘. Judica me dñe qm̃ ego in innocẽtia mea ingressus sum: ꝛ in dño sperans nõ infirmabor. Gloꝛia patri. Oꝛio.

PResta q̃s: ops deus: vt familia tua q̃ se affligendo ne ab alimẽtis abstinet: sectando iustitiã a culpa ieiunet. ꝓ d. Lectio Danielis prophete. IX.



IN diebus illis: oꝛauit daniel ad dñm dicẽs. Domine deꝰ nr̃: q eduxisti pplz tuũ de terra egypti in manu forti: ꝛ fecisti tibi nomen scõm diẽ hanc. Peccauimꝰ iniqtatẽ fecimꝰ domine in oẽm iustitiã tuã. Auertat obsecro ira tua: ꝛ furoꝝ tuꝰ a ciuitate tua hierl'm: ꝛ a monte scõ tuo. Propter pcã eni nr̃a ꝛ iniqtates patrũ nr̃oꝝ hierl'm ꝛ pplꝰ tuꝰ in obꝓbꝛiũ sunt oibꝰ p circuitũ nr̃z. Nũc ergo exaudi deus noster oꝛonẽ serui tui: ꝛ ꝑces eius. Et ostẽde faciẽ tuã sup sanctuariũ tuũ qđ desertuz ẽ. Propter temetipsũ inclina deꝰ meꝰ aurẽ tuã ꝛ audi. Aperi oculos tuos ꝛ vide desolationem nostrã: ꝛ ciuitatẽ sup quaz inuocatũ est nomen tuũ. Neqz eni in iustificationibus nostris psternimus ꝓces ante faciez tuã: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dñe: placare domine: attende ꝛ fac. Ne moreris ꝓpter temetipsum deꝰ me

us:qz nomen tuū inuocatum ē sup ciuitatē z super populū tu/ um:domine deus noster. Gra. H diutor meus z liberator me⁹ esto dñe ne tardaueris. ℣. Confundā/ tur z reuereant inimici mei qui que runt aiam meā. Tractus. Domie non scōm peccata nostra. folio. 33.

Secundum Joannē. VIII.C.



In illo tēpore: Dixit ieſus tur bis iudeoꝝ. Ego vado:z q̄ritis me:z in pcō vestro moie mini. Quo ego va do:vos nō potestis venire. Dicebāt er go iudei. Nunqd interficiet se/ metipsum:qz dicit quo ego va do vos nō potestis venire. Et dicebat eis. Vos deorsuz estis: ego de supius suz. Vos de mū do hoc estis:ego nō suz de hoc mūdo. Dixi ergo vobis:qz mo riemī in pcis vr̄is. Si enī nō cre dideritis qz ego suz: moriemini i peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ieſus. Principium qui z loquor vo/ bis. Multa habeo de vobis loqui z iudicare:sz qui misit me verax est:z ego q̄ audiui ab eo: hec loquor in mūdo. Et nō co/ gnouerūt qz pr̄z ei⁹ dicebat de um. Dixit ergo eis ieſus. Cuz exaltaueritis filiū hois:tūc co/ gnoscetis qz ego sū. Et a meipo facio nihil:sed sicut docuit me p̄:hec loquor. Et qui me misit mecū ē:z nō reliqt me solū: qz ego q̄ placita sūt:ei facio semp. Off. Bñdicā dño q mihi tribuit in tellectū:puidebā dñm in conspectu meo semp:qñ a dextris est mihi ne commouear. Secreta. Hec hostia dñe placatiōis z laudis tua nos ꝓpitiatiōe di/ gnos efficiat. Per dñm. Cō. Domine dominus noster:q̄ admi rabile est nomen tuum in vniuersa terra. Complenda. Hec nos cōio dñe purget a crimie:z celestis remedij faciat eē ꝯsortes. Per dñz no. A Super populuz. Oratio. Desto supplicatiōib⁹ no/ stris ops de⁹:z qbus fiduciā spe rāde pietatis idulges: cōsuete misericordie tribue benignus ef fectum. Per dominum nr̄m. ¶ Feria. iij. Introitus.



Ibi di xit cor meum quesi/ ui vultum tu um:vultuz tu um domine requiram:ne auertas faci em tuā a me. ℣. Domi/ nus illumina tio mea z sa/ lus mea quem timebo. Oratio.

Perfice q̃s dñe benignus in nobis obseruantie sctē subsidiū: vt qui te auctore faciē da cognouimus te opante impleamus. Per dñm nostrum iesum chr̃uz filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūs sci deus: ꝑ oia scl'a scl'oꝝ. Amē.

L. libri Regū. XVII.C. iij libr̃.



In diebus illis: Factus est sermo domini ad helyam thesbytem: dicens. Surge ⁊ vade in sareptaz sydoniorum: ⁊ manebis ibi. Precepi eni ibi mlieri vidue vt pascat te. Surrexit ⁊ abijt in sareptam sydonioꝝ. Cūqz venisset ad portā ciuitatis apparuit ei mlier vidua colligēs ligna. Et vocauit eā dixitqz ei. Da mihi paululum aque in vase vt bibam. Cunqz illa pergeret vt afferret clamauit post tergū eius dicēs. Affer mihi obsecro ⁊ buccellam panis in manu tua. Que respōdit Viuit domin⁹ deus tuus: quia nō habeo panem nisi quantuz pugillus capere potest farine i hydria: ⁊ paululū olei in lechito. En colligo duo ligna vt ingrediar: ⁊ faciā illō mihi ⁊ filio meo vt comedamus et moriamur. Ad quā helyas ait. Noli timere: ꝫ vade ⁊ fac sicut dixisti Verūtamen mihi primū fac de ipsa farina subcinericiū panez paruulum: ⁊ affer ad me. Tibi autem ⁊ filio tuo facies postea. Hec aūt dicit dñs de⁹ isrl'. Hydria farine nō deficiet: nec lechitus olei minuet̃ vsqz in diē in q̃ daturus est dñs pluuiā super faciē terre. Que abijt ⁊ fecit iuxta verbū helye. Et comedit ipse ⁊ illa: ⁊ dom⁹ eius. Et ex illa die hydria farine nō ꝺfecit: ⁊ lechitus olei non est iminutus: iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu helye. Gradua.

Iacta cogitatū tuū in dño ⁊ ipse te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā ab his q̃ appropinquāt mihi. ſm mat. XXIII.C.



In illo tpe: Locut⁹ est iesus ad turbas ⁊ ad discipulos suos: dicēs. Super cathedrā moysi sederunt scribe ⁊ pharisei: oia ergo q̃ cūqz dixerit vobis: seruate ⁊ facite: scdm opa vero eoꝝ nolite facere. Dicunt eniz ⁊ non faciunt. Alligant āt onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ imponunt in humeros hominuz. Digito autē suo nolunt ea mouere. Omnia vero opa sua faciunt vt videant̃ ab hominibus. Dilatant enim philateria sua: ⁊ magnificāt fimbrias. Amant

autem primos recubitus in cenis: et primas cathedras in synagogis: et salutationes in foro: et vocari ab hominibus rabi: vnus est enim magister vester. Oēs autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis sup terram: vnus est enim pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri: qz magister vester vnus est christus. Qui maior ē vestz: erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur. Et qui se humiliauerit exaltabitur. **Offertorium.**

Miserere mei dñe scom magnam misericordiam tuaz: dele domine iniquitatem meam. **Secreta.**

Sanctificationē tuam nobis domine his mysterijs operare placatus: que nos a terrenis purget vitijs: et ad celestia dona perducat. Per dñz. cō.

Narrabo oia mirabilia tua: letabor et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. **Complenda.**

Oblatis sacris domine reddamur digni munerib9: fac nos tuis quesumus semper obedire mandatis. Per dominuz nostrum. **Sup pplm.** **Oratio**

Propitiare domie supplicationibus nostris: et animarum nostrarum medere languoribus: vt remissione percepta in tua semp benedictiōe letemur. Per. **Feria. iij. Int.**



Ne derelinquas me domine de9 meus ne discedas a me: intende in adiutoriū meū domine virt9 salutis mee. ℣. Dñe ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me. **Oratio.**

Populum tuū dñe ppitius respice: et quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoqz vitijs cessare ꝓcede. Per dñm nr̄m iesum christuz.

Lectio libri Hester. XIII.



In diebus illis: Orauit hester ad dñm dicēs. Dñe de9 rex oēs: in ditione eni tua cūcta sūt posita: et nō ē q possit tue resistere volūtati. Si ōcreueris saluare nos ꝓtiuo liberabimur Tu eni dñe fecisti celū et terrā: et qcqd celi ābitu ꝓtiet. Tu es dñs oīuz: et nō ē q resistat maiestati tue. Et nūc dñe rex regū deus abraā: miserere pplo tuo: qz volunt nos inimici nostri perdere: et hereditatem tuam delere. Ne despicias partē tuaz quam

Mardochaeus

redemisti tibi:sed exaudi depre
cationē nostrā:& propitius esto
sorti & funiculo hereditatis tue.
Et conuerte luctum nostruz in
gaudiuz:vt viuentes laudem⁹
nomen tuū. Et ne claudas ora
canentiū te:dñe de⁹ noster. Si.
Saluum fac pp̄lm tuum dñe & be
nedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe
clamaui deus meus ne sileas a me:
& ero similis descendētibus in lacū.

Secundum matthevz XX.C.



In illo tempo
re:Ascēdēs ie/
sus hierosolymā:as
sūpsit duodecim di
scipulos suos secre
to:& ait illi. Ecce ascē
dimus hierosolymā
& filius hois tradet
p̄cipibus sacerdotū & scribis:
& codemnabunt eum morte. Et
tradent eū gentib⁹ ad illudēdū:
& flagellandū & crucifigēduz:& tr
die tercia resurget. Tūc accessit
ad eū mr̄ filioz zebedei cū filijs
suis:adorās & petens aliqd ab
eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait
illi. Dic vt sedeant hi duo filij
mei vn⁹ ad dexterā tuaz:& vn⁹
ad sinistram in regno tuo. Rñ/
dens āt iesus dixit. Nescitis qd
petatis. Potestis bibere calicē
quē ego bibitur⁹ sum? Dicūt ei
possumus. At illis. Calicē qui
dē meū bibetis:sedere autez ad
dexterā meā & sinistraz non est
meū dare vobis:sz qbus para/
tū est a p̄re meo. Et audientes
decē indignati sūt de duob⁹ fra
trib⁹. Jesus āt vocauit eos ad
se & ait. Scitis qz p̄incipes gēti
um dñant eoz:& q maiores sūt:
potestatē exercēt in eos. Nō ita
erit:inter vos:sz qcūqz voluerit
inter vos maior fieri: sit vester
min̄ister. Et q voluerit iter vos
p̄ius eē:erit vester seruus. Si
cut filius hois nō venit min̄strari:
sz min̄strare:& dare aiam suaz in
redēptiōem p̄o multis Offer.
Ad te dñe leuaui aiam meā: deus
meus in te confido non erubescā: neqz
irrideāt me inimici mei:etenī vniuer
si q te expectāt nō confundent. Secr.
Hostias dñe q̄s tibi offeri/
mus ppitius respice:& p hec
sca cōmertia:vicula pctōz nr̄o
rum absolue. Per dominū no
strum iesum christum. Com.
Justus dns & iustitiam dilexit: eqta
tē vidit vultus eius. Complenda
Sumptis domie sacramē/
tis ad redemptionis eter
ne q̄s proficiamus augmen
tum. Per dominum nostruz.
Super populum. Orō.
Deus inocentie restitutor
& amator:dirige ad te tuorum
corda seruorum:vt spiritus tui
feruore concepto & in fide inue
niantur stabiles:& in opere effi
caces. Per dominum eiusdez
spiritus. ¶ Feria.v. Introit⁹.



Deus in adiutoriũ meũ ĩtende: dñe ad adiuuãdũ me festina: ꝯfundant̃ ⁊ reuerean̄t oẽs inimici mei: q̃ q̃rũt aĩam meam. ps. Auertantur retrorsuz ⁊ erubescant qui volunt mihi mala. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiri. Oratio

Presta nobis q̃s domine auxiliũ gr̃e tue vt ieiuniis ⁊ or̃onibus ꝯuenienter intẽti: liberemur ab hostibus mẽtis ⁊ corporis. Per dominũ nr̃m.

Lectio hieremie pp. XVII.C.



Hec dicit dominus: Maledictus hõ qui ꝯfidit in hoĩe: ⁊ ponit carnẽ brachiũ suũ: ⁊ a domino recedit cor eiꝰ. Erit enim quasi mirifice in deserto. Et nõ videbit cũ venerit bonũ: sed habitabit in siccitate in deserto ĩ terra salsuginis ⁊ inhabitabili. Benedictus vir q̃ cõfidit in domino: ⁊ erit dominꝰ fiducia eius. Et erit quasi lignũ trãsplantatur sup̃ aquas: quod ad humorẽ mittit radices suas ⁊ nõ timebit cum venerit estꝰ. Et erit foliũ eiꝰ viride: in tẽpore siccitatis non erit sollicituz: nec aliquãdo desinet facere fructum: Prauũ est cor hominis: ⁊ ĩscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominꝰ scrutans cor ⁊ ꝓbans renes: qui do vnicuiqz iuxta viã suã: ⁊ iuxta fructũ adinuentionũ suaruz: dicit dominus omnipotens. Gradu.

Propitius esto pctis nr̃is domine: ne q̃n dicant gentes vbi est deꝰ eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus salutaris nr̃: ⁊ propter honorẽ nominis tui domine libera nos. ꝑm Lucã. XVI.C.



In illo tẽpore: Dixit iesus discipul̃ suis parabolã hanc. Hõ quidaz erat diues ⁊ ĩdueba tur purpura ⁊ bysso ⁊ epulabatur quotidie splendide. Erat ãt quidã mendicus noĩe lazarꝰ q̃ iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus cupiẽs saturari de micis q̃ cadebãt de mensa diuitis ⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes veniebãt: ⁊ lingebãt vlcera eiꝰ. Factũ est aũt vt moreretur mẽdicus: ⁊ portaret̃ ab angelis in sinũ abrahe. Mortuꝰ ẽ aũt ⁊ diues: ⁊ sepultꝰ est in ĩferno. Eleuans autẽ oculos suos cũ esset in tormẽtis: vidit abraã a longe ⁊ lazaꝝ in sinu eius. Et ipse clamãs dixit. Pr̃ abraam

miserere mei: ⁊ mitte lazarꝝ: vt intingat extremũ digiti sui in aquã: vt refrigeret linguã meã: qꝝ crucior in hac flamma. Et dixit illi abraã. Fili: recordare qꝝ recepisti bona in vita tua: ⁊ lazarus silr mala. Nũc aũt hic cõsolat: tu vero cruciaris. Et ĩ his oĩb⁹ inter nos ⁊ vos chaos magnũ firmatũ est: vt hiq volunt hinc trãsire ad vos nõ possunt: neqꝝ inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pr̃: vt mittas eũ in domũ patris mei. Habeo enim qnqꝝ fratres vt testetur illis: ne ⁊ ipsi veniãt in hũc locũ tormentorũ. Et ait illi abraam. Hãt moysen ⁊ pphetas: audiãt illos. At ille dixit. Nõ pr̃ abraam: sꝫ si qs ex mortuis ierit ad eos: penitentiã agent. Ait autẽ illi. Si moysen ⁊ prophetas nõ audiũt: neqꝝ si quis ex mortuis resurrexerit credent. **Offertor.** Precatus est moyses in ꝓspectu domini dei sui ⁊ dixit: precat⁹ est moyses in ꝓspectu dñi dei sui ⁊ dixit: quare dñe iraſceris in pplm tuo: parce: ire aie tue. Memento abraam ysaac ⁊ iacob: qbus iurasti dare regnum: terram fluentẽ lac ⁊ mel: ⁊ placatus factus est domin⁹ de malignitate quaꝝ dixit facere populo suo. **Secreta.** Presenti sacrificio nomini tuo nos dñe ieiunia dicata ſficent: vt qõ obſeruãtia nostra pfitetur exterius: ⁊ interius operet effectu. Per dñm nr̃m iesum chr̃istũ filium tuum: Qui tecum vivit ⁊ regnat in vnitate eiusdẽ spiritus sancti deus. Per oia secula seculorũ. Amẽ. **Cõ.** Qui manducat carnem meam ⁊ bibit sanguinem meum: in me manet ⁊ ego in eo dicit dñs. **Complenda.** Sancta tua nos dñe quesumus ⁊ a pctis exuant ⁊ celestis vite vigore confirment. Per dominum nostrum iesum chr̃istũ filium tuũ. Qui tecũ vivit ⁊ regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen. **Super populum.** **Oratio.** Adesto dñe famulis tuis ⁊ perpetuam benignitatẽ largire poscentibus: vt his qui te auctore ⁊ gubernatore gloriant ⁊ ꝯgregata restaures: ⁊ restaurata ꝓserues. Per dñm nr̃m iesum chr̃istũ filium tuũ: Qui tecũ vivit regnat in vnitate spũs̃ci ⁊c. ℂ **Feria.vj. Introitus.**



Ego aũt cũ iustitia apparebo in ꝓspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua. **Ps̃.** Exaudi dñe iustitiã meã: intẽde deprecatõnẽ meã. **Oro**

Oꝛa q̃s omp̃s deus: vt sa
cro nos purificá te ieiu/
nio: synceris mẽtibus ad sancta
uentura facias puenire. Per
oñm nr̃m ieſum chr̃istũ filiũ tu
um: Qui tecum viuit ꝛ regnat.

Lectio libri. Gen. XXXVII. C.



In diebus illis: Dixit ioſeph
fratribus ſuis. Au
dite ſomniũ meum
q̃ vidi. Putabam
nos ligare manipu
los in agro ꝛ q̃ſi cõ
ſurgere manipulus
meũ ꝛ ſtare: veſtroſq; manipu
los circũſtantes adoꝛare mani
pulũ meũ. Rñderunt frẽs eius.
Nũquid rex nr̃ eris: aut ſubĳcie
mur ditiõi tue? Hec ergo cauſa
ſomnioꝛũ atq; ſermonum: inui
die ꝛ odĳ fomitem miniſtrauit.
Aliud quoq; ſomnũ vidit: q̃ nar
rans fratrib⁹ ait. Vidi p̃ ſom
nium q̃ſi ſolem ꝛ lunã ꝛ ſtellas
vndeci adoꝛare me. Quod cuꝫ
patri ſuo ꝛ frĳbus retuliſſet: icre
pauit eũ pater ꝛ dixit. Quid ſi/
bi vult hoc ſomniũ quod vidi
ſti? Nũ ego ꝛ mr̃ tua ꝛ frẽs tui
adoꝛabim⁹ te ſup terrã? Inuide
bãt igit̃ ei frẽs ſui. Pr̃ vero rẽ
tacitus ꝑſiderabat. Cũq; frẽs
illius in paſcẽdis gregibus pa
tris moꝛarẽtur in ſychem: dixit
ad eũ iſrael. Fratres tui paſcũt
oues in ſychimis: veni mittam
te ad eos. Quo rñdente. Pre/
ſto ſum: ait. Uade ꝛ vide ſi cun
cta p̃ſpera ſint erga frẽs tuos ꝛ
pecoꝛa: ꝛ renũcia mihi q̃d aga
tur. Miſſus de valle hebꝛõ: ve
nit i ſychem: inuenitq; eũ vir er
rantẽ in agro: ꝛ iterrogauit q̃d
q̃reret. At ille rñdit. Frẽs meos
quero. Indica mihi vbi paſcãt
greges? Dixitq; ei vir. Receſſe
rũt de loco iſto. Audiui aũt eos
dicẽtes. Eam⁹ in dothai. Per
rexit ergo ioſeph poſt frẽs ſu/
os: ꝛ iuenit eos in dothai. Qui
cũ vidiſſent eũ p̃cul añq; acce/
deret ad eos: cogitauerũt eũ oc
cidere: ꝛ mutuo loq̃bant. Ecce
ſõniatoꝛ venit: venite occida/
mus eũ ꝛ mittam⁹ in ciſternaꝫ
veterẽ: dicemuſq; fera peſſima
deuoꝛauit eũ: ꝛ tũc appebit q̃d
illi p̃ſint ſomnia ſua. Audiẽs ãt
hec rubẽ: nitebat liberare eum
de manibus eoꝛum: ꝛ dicebat.
Nõ interficiam⁹ aĩam eius: nec
effundam⁹ ſanguinẽ eius: ſz p̃ĳ/
cite eũ in ciſternã veterem: q̃ ẽ
in ſolitudine: manuſq; vr̃as ſer
uate inoꝛias. Hoc autem dice
bat: volẽs eripere eũ de mani/
b⁹ eoꝛ: ꝛ reddere pr̃i ſuo. Gra.
Ad dominum cum tribularer cla/
maui ꝛ exaudiuit me. ℣. Domine
libera aĩam meaꝫ a labĳs iniq̃s:
ꝛ a lingua doloſa. Tractus. Do/
mine non ſcõm peccata. folio. 33.
Secundum Matthẽũ XXI. C.



In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis ⁊ turbis iudeoꝝ parabolam hanc. Hō qdaꝫ erat pr̄familias q plātauit vineā: ⁊ sepē circūdedit ei. Et fodit in ea torcular: ⁊ edificauit turrī: ⁊ locauit eaꝫ agricol': ⁊ peregre ꝓfectus est. Cū autem tp̄s fructuū appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas vt acciperēt fructus eius. Et agricole app̄hensis seruis ei⁹ alium ceciderunt: aliū occiderunt: aliū vero lapidauerūt. Iterū misit alios seruos: plures prioribꝰ: ⁊ fecerūt illis silr̄. Nouissime autē misit filiū suum ad eos dicens. Verebunt̄ forsitā filium meuꝫ. Agricole āt videntes filiū: dixerunt itra se. Hic est heres: venite occidamus eū: ⁊ hēbimus hereditatē eius. Et apprehensum eū eiecerūt extra vineā: ⁊ occiderūt. Cū ergo venerit dominus vinee: qd faciet agricolis illis? Aiūt illi. Malos male perdet: ⁊ vineam suā locabit alijs agricol': q reddant ei fructū tp̄ibus suis. Dicit illis iesus. Nunq̄ꝫ legistis in scripturis. Lapidē quē reprobauerūt edificantes: hic fcūs est in caput āguli: a domino factū est istud: ⁊ est mirabile in oculis nr̄is. Iō dico vobis: qꝛ auferet̄ a vobis regnum dei: ⁊ dabit̄ genti faciēti fructꝰ eius. Et q ceciderit sup̄ lapideꝫ istū ꝯfringet̄. Sup̄ quē vero ceciderit: ꝯteret eū. Et cū audissent principes sacerdotū et pharisei parabolas eius: cognouerūt qd̄ de ipsis diceret. Et querentes eum tenere: timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant. Offerto.

Domine in auxiliū meū respice: cōfundant̄ ⁊ reuereant̄ q q̄runt animā meā vt auferant eam. Secreta.

Hec in nobis sacrificia deus et actione ꝑmaneant: et opatione firment̄. Per dominum nr̄m iesum christū filiū tuū: Qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: ꝑ omnia secula seculorū. Amen. Com̄. Tu domine seruabis nos: ⁊ custodies nos a generatione hac in eternum. Complenda

Hac nos q̄s domine accepto pignore salutis eterne sic tendere ꝯgruenter: vt ad eaꝫ ꝑuenire possimus. Per dominū nr̄m iesum christū filium tuum: Qui tecū viuit et regnat ī vnitate spūs sancti deus: ꝑ oīa secula seculorum. Amen. Super populum. Oratio.

Da q̄s domine ppl'o tuo salutē mentis et corpis: vt bonis opibus inherēdo: tue semp̄ virtutis mereat̄ ꝓtectione defēdi. Per

Psal: 117.

di. Per dominum nostrum ie sum christũ filium tuũ: Qui te/ cũ viuit ⁊ regnat in vnitate spi ritus sci deus: ꝑ omnia secula.

¶ Sabbato. Introitus.



Lex do min iir rephẽsibilis ꝯuertẽs aĩas testimonium dñi fidele sa- piẽtiaꝫ ꝑstãs paruulis. ꝑ. Celi enarrãt gloriã dei: et opa manuuꝫ eius annun- ciat firmamentum.

Oratio.

Da q̃s dñe nr̃is effectuꝫ ieiunijs salutarẽ: vt ca- stigatio carnis assũpta ad nr̃aꝝ vegetationẽ trãseat animarũ. Per dñm nr̃m iesum chr̃m fili uꝫ tuũ: Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spũs scti deus: ꝑ oĩa secula seculoꝝ. Amẽ.

Lectio libri Gen. XXVII. C



In diebus illis: Dixit rebecca filio suo iacob. Au- diui pr̃em tuũ loq̃n tẽ cum esau frẽ tuo: ⁊ dicentez ei. Affer mihi de venatione tua: ⁊ fac cibos vt comedam: ⁊ bñdicã tibi coram dño anteq̃ moriar. Nũc ergo fili mi: acqe- sce ꝯsilijs meis: ⁊ ꝑgens ad gre gẽ: affer mihi duos hedos opti mos: vt faciã ex eis escas patri tuo: qbus libẽter vescit. Quas cũ intuleris ⁊ comederit: bñdi- cat tibi priusq̃ moriat. Cui ille rñdit. Nosti qd̃ esau frater me⁹ hõ pilosus sit: ⁊ ego lenis: si at trectauerit me pr̃ me⁹ ⁊ senserit: timeo ne putet sibi voluisse me illudere: ⁊ iducat sup me male- dictionem pro bñdictione. Ad quẽ mr̃. In me sit ait ista male dictio fili mi: tantũ audi vocez meã: ⁊ pergẽs affer q̃ dixi. Abi it ⁊ attulit: deditqꝫ mr̃i suc: pa- rauit illa cibos sicut velle noue rat pr̃em illi⁹ ⁊ vestib⁹ esau val de bonis q̃s apud se hẽbat do- mi: induit eũ: pelliculasqꝫ hedo rũ circũdedit manib⁹: ⁊ colli nu da ꝓtexit. Deditqꝫ pulmentuꝫ ⁊ panes quos coxerat tradidit. Quib⁹ illatis dixit. Pr̃ mi. At ille rñdit. Audio: quis es tu fili mi? Dixitqꝫ iacob. Ego sũ esau priogenit⁹ tuus: feci tibi sicut ꝑ cepisti mihi. Surge sede ⁊ co- mede de venatõe mea: vt bñdi cat mihi aĩa tua. Rursũqꝫ isaac ad filiũ suũ. Qũo inqt tam cito iuenire potuisti fili mi? Qui rñ dit. Volũtas dei fuit vt cito oc curreret mihi qd̃ volebã. Dixit qꝫ isaac. Accede huc vt te tãgã fili mi: ⁊ probẽ vtrũ tu sis filius me⁹ esau: an nõ. Accessit ille ad

p̃rem: ⁊ palpato eo dixit isaac. Vox qdez vox iacob est: sz manus: man⁹ sunt esau. Et non cognouit eũ: qꝛ pilose man⁹ silitudinẽ maioris exp̃sserãt. Bñdicẽs ergo illi ait. Tu es fili⁹ me⁹ esau. Rñdit. Ego sũ. At ille. Affer inqt mihi cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi aĩa mea. Quos cũ oblatos comedisset: obtulit ei etiam vinuz. Quo hausto dixit ad eũ. Accede ad me: ⁊ da mihi osculum fili mi. Accessit ⁊ osculat⁹ est eum. Statiqz vt sensit vestimentorũ ei⁹ fragrãtiã: bñdicẽs illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui bñdixit dñs. Det tibi deus de rore celi ⁊ de pinguedine terre: abundantiaz frumẽti vini ⁊ olei. Et seruiãt tibi populi: et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum ⁊ incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi: sit ille maledictus. Et qui benedixerit tibi: bñdictiõib⁹ repleatur. Vix isaac sermonem impleuerat: ⁊ egresso iacob foras venit esau: coctosqz de venatiõe cibos ĩtulit p̃ri dicẽs. Surge p̃r mi: ⁊ comede de venatione filij tui: vt bñdicat mihi aĩa tua. Dixitqz illi isaac. Quis enĩ es tu? Qui rñdit. Ego sũ filius tu⁹ primogenitus esau. Expauit isaac stupore vehemẽti: ⁊ vltra q̃z credi p̃t ãmirãs ait. Quis igit̃ ille est: qui dudũ captã venationẽ mihi attulit: ⁊ comedi ex oĩbus priusq̃z tu venires. Bñdixiqz ei: ⁊ erit bñdict⁹. Auditis esau sermonibus p̃ris: irrugijt clamore magno: ⁊ ꝯsternat⁹ ait. Bñdic ẽt ⁊ mihi p̃r mi. Qui ait. Venit german⁹ tu⁹ fraudulẽter: ⁊ accepit bñdictionẽ tuã. At ille subiunxit. Juste vocatũ ẽ nomẽ ei⁹ iacob: subplãtauit enĩ me en altera vice p̃mogenita mea añ tulit: ⁊ nũc scd̃o surripuit benedictionẽ meã. Rursũqz ad p̃rem. Nũquid non reseruasti ait ⁊ mihi bñdictionẽ. Rñdit isaac. Dominũ tuũ illũ ꝯstitui: ⁊ oẽs frẽs suos seruituti illius subiugaui. Frumẽto ⁊ vino ⁊ oleo stabili ui eũ. Et tibi post hec vltra fili mi qd faciã? Cui esau. Nũ vnã inqt tantũ bñdictionẽ hẽs pat̃: mihi quoqz obsecro vt bñdicas Cunqz eiulatu magno fleret mot⁹ isaac dixit ad euz. In pinguedine terre ⁊ in rore celi desuper: erit benedictio tua. Gra.

Bonũ est ꝯfiteri dño: ⁊ psallere noĩ tuo altissime. ℣. Annũciandũ mane misericordiã tuam: ⁊ veritatẽ tuam p noctẽ. Scd̃m Lucã XV.C

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam habuit duos filios: ⁊ dixit adolescentior ex illis patri. Pat̃: da

mihi portionem substantie que me cõtingit. Et diuisit illis substãtiaz. Et nõ post multos dies ꝯgregatis oibus adolescẽtior filiꝰ peregre pfectꝰ est in regionẽ longinquam: ⁊ ibi dissipauit substantiã suã: viuendo luxuriose. Et postq̃z ꝯsumasset: fctã est fames valida in regiõe illa: et ipse cepit egere. Et abiit ⁊ adhesit vni ciuiũ regionis illius. Et misit illũ in villã suã vt pasceret porcos: ⁊ cupiebat ĩplere ventrẽ suum de siligs q̃s porci mãducabãt: ⁊ nemo illi dabat. In se ãt reuersus dixit. Quanti mercennarij in domo pr̃is mei abũdant panib⁹ ego aũt hic fame peo: surgã ⁊ ibo ad patrem meũ ⁊ dicã ei. Pr̃ peccaui in celum ⁊ cor̃ã te iã non sũ dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercennarijs tuis. Et surgẽs venit ad pr̃em suũ. Cũ ãt adhuc lõge eẽt vidit illũ pat ipsi⁹ ⁊ misericordia motꝰ ẽ: ⁊ accurrẽs cecidit sup collum eiꝰ ⁊ osculatꝰ ẽ eũ. Dixitq̃z ei filiꝰ. Pr̃ peccaui in celũ ⁊ cor̃ã te iã non sũ dignꝰ vocari filiꝰ tuꝰ. Dixit ãt pr̃ ad seruos suos. Cito pferte stolã primã: ⁊ induite illum: et date ãnulũ in manu eiꝰ ⁊ calcia mẽta in pedes eiꝰ. Et adducite vitulũ saginatum: ⁊ occidite: ⁊ mãducemꝰ ⁊ epulemur: q̃ hic filius meꝰ mortuꝰ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret ⁊ approp̃inquaret domi: audiuit symphoniam ⁊ chorũ. Et vocauit vnũ de seruis: ⁊ iterrogauit qd hec essent. Iscq̃z dixit illi. Frat tuꝰ venit: ⁊ occidit pr̃ tuus vitulũ saginatuz: q̃ salvũ illũ recepit. Indignatꝰ est ãt: ⁊ nolebat introire. Pr̃ ergo illius egressus cepit rogare illũ. At ille rñdẽs dixit pr̃i suo. Ecce tot ãnis seruio tibi: ⁊ mãdatũ tuum nunq̃z pteriui: ⁊ nũq̃z dedisti mihi hedũ: vt cuz amicis meis epularer. Sz postq̃z filiꝰ tuꝰ hic: q devorauit substãtiã suã cũ meretricibꝰ venit: occidisti illi vitulũ saginatũ. At ipe dixit illi. Fili: tu semp mecuz es: ⁊ oia mea tua sũt epulari aut̃ ⁊ gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat: ⁊ revixit: perierat ⁊ inuentus est.

Offertorium.

Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte: ne qñ dicat inimicꝰ meus prevalui aduersus eũ.

Secr.

His sacrificijs ꝯcede domine placatꝰ: vt q̃ppr̃is oramus absolui delictis: nõ grauemur eternis. Per dñm nostrũ iesum chr̃istũ filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: per oia secula seculorum. Amen.

Cõ.

Oportet te fili gaudere q̃ frater tuꝰ

mortuus fuerat ⁊ reuixit: perierat et inuentus est. **Complenda.**

SAcramenti tui q̃s dñe diuĩa libatio penetralia nr̃i cordis ĩfundat vt sui nos participes potẽter efficiat. Per dñz nr̃m iesum chr̃m filium tuum. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spũs sci. **Sup pplm. Oro.**

FAmiliã tuam q̃s domine ꝯtinua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis innititur: celesti etiam protectione muniatur. Per dominum nostrum iesum christum filiuz.

¶ Dñica.iij.in q̃dragesima.itr.



OCuli mei semp ad dñz qr ip̃e euellet de laqueo pedes meos: respice in me et miserere mei qm̃ vnicus et paup sũ ego. **ps.** Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te cõfido non erubescam. **Oratio.**

QUesumus omnipotens deus: vota humilium respice: atqz ad defensionez nr̃az dexteraz tue maiestatis extende. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. **Ad ephesios. V.**



FRẽs: Estote imitat ores d̃i sicut filij charissimi: ⁊ ambulate in dilectiõe sicut ⁊ chr̃s dilexit nos: ⁊ tradidit semetipsuz ꝓ nobis oblationẽ ⁊ hostiaz deo in odorẽ suauitatis. Fornicatio aũt ⁊ oĩs ĩmundicia aut auaricia nec noĩet̃ in vobis sicut decet sctõs: aut turpitudo: aut stultiloqum: aut scurrilitas: q̃ ad rẽ nõ ꝑtinet: sz magis gr̃arũ actio. Hoc eniz scitote ĩtelligẽtes ꝙ oĩs fornicator: aut ĩmũdus: aut auarus ꝙ est idoloruz seruit⁹ non hz hereditatẽ in regno chr̃i ⁊ dei. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis: propter hec eni venit ira dei in filios diffidẽtie. Nolite ergo effici ꝑticipes eoꝝ. Eratis eniz aliqñ tenebre: nunc autem lux in dño vt filij lucis mabulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate ⁊ iustitia ⁊ veritate. **Graduale.**

Exurge dñe non preualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. ℣. In conuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur ⁊ perient a facie tua. **Tractus.** Ad te leuaui oculos meos qui habitas ĩ celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suoruz. ℣. Et sicut oculi ãcille in manibus domine sue. ℣. Ita oculi nostri ad do

minũ deum nostrum donec miserea tur nr̃i. ℣. Miserere nobis domi ne miſere nobis. Scd̃z Lu. XI.



In illo tempo re. Erat iesus eijciẽs demonium: ⁊ illud erat mutuz. Et cũ eiecisset de moniũ locutus est mutus: ⁊ ammira te sunt turbe. Qui dam aũt ex eis dixerũt. In be elzebub principe demonioruz eijcit demonia. Et alij tẽtantes signum de celo q̃rebant ab eo. Ipse aũt vt vidit cogitatiões eoꝝ dixit eis. Omne regnũ i se diuisuz d̃solabit: ⁊ dom⁹ supra domũ cadet. Si autẽ sathanas in seip̃m diuisus est: quõ stabit regnũ eius: q̃r dicitis in beelze bub me eijcere demonia? Si autẽ ego i beelzebub eijcio de monia: filij vr̃i in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt Porro si in digito dei eijcio demonia: ꝓfecto ꝑuenit i vos regnũ dei. Cuz fortis armatus custodit atriũ suuz: in pace sunt ea que possidet. Si aũt fortior il lo superueniẽs vicerit euz: vni uersa arma ei⁹ auferet inq̃bus confidebat: ⁊ spolia eius distri buet. Qui nõ est mecũ contra me est: ⁊ q nõ colligit mecũ: dis pergit. Cũ autem immundus spiritus exierit ab homine: am bulat per loca inaquosa que rens requiem ⁊ non inueniens dicit. Reuertar in domũ meaz vnde exiui. Et cũ venerit: inue nit eã scopis mundatã ⁊ orna taz: ⁊ nũc vadit ⁊ assumit septẽ alios spiritus secũ neqores se: ⁊ ingressi habitãt ibi: ⁊ fiũt nouis sima hominis illi⁹ peiora p̃ori bus. Factũ est aũt cũ hec dice ret: extollẽs vocẽ q̃daz mulier de turba dixit ill. Beatus ven ter qui te portauit: ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo Beati q audiunt verbuz dei: et custodiunt illud. Offerto. Iusti tie domini recte letificãtes corda et dulciora super mel ⁊ fauum: nam et seruus tuus custodit ea. Secreta.

Hec hostia q̃sumus domi ne emũdet nostra delicta ⁊ ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora men tesq̃z sanctificet. Per dominuz nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. Commu.

Passer inuenit sibi domũ et turtur nidum vbi reponat pullos suos: alta ria tua domine virtutuz rex meus et deus meus: beati qui habitãt in do mo tua: i scl̃z scl̃i laudabũt te. Cõp.

Acunctis nos quesumus domine reatibus ⁊ peri culis propitiatus absolue quos tanti mysterij tribuis esse parti cipes. Per dominum nostruz.

¶ Feria. ij. Introitus.



In deo laudabo verbū: in dño laudabo sermonē: i dō spaui: non timebo qd faciat mihi hō. ps. Miserere mei deus qm̄ ꝯculcauit me hō: tota die ipugnās tribulauit me. Oratio

Cordib⁹ nr̄is q̄s dñe gratiā tuā benignus infunde: vt sicut ab escis carnalibus abstinem⁹: ita sensus quoqz nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per dominum nr̄m.

Lcō lib. Regū. v. libro: IIII.C.

In diebus illis: Naaman princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dominū suū et honoratus. Per illuz eni dedit dñs salutē syrie. Erat aūt vir fortis ⁊ diues: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerāt latrūculi: ⁊ captiuā duxerūt de terra isrl̄ puellam paruulā que erat in obseqo vxoris naamā: que ait ad dominā suā. Utinā fuisset dñs meus ad prophetā qui est in samaria ꝓfecto curasset eū a lepra quā hz. Ingressus ē itaqz naamā ad dñm suū: ⁊ nunciauit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta ē puella de terra isrl̄. Dixitqz ei rex syrie. Uade: ⁊ mittā lr̄as ad regē isrl̄. Qui cū ꝓfectus eēt: ⁊ tulisset secū decē talēta argēti: ⁊ sex milia aureos: ⁊ decē mutatoria vestimētorū: detulit lr̄as ad regez isrl̄ in hec v̄ba. Cūqz accepis epl̄am hanc scito ꝙ miserim ad te naaman seruū meū vt cures euz a lepra sua. Cūqz legisset rex isrl̄ lr̄as scidit vestimēta sua ⁊ ait. Nunqd de⁹ sum ego vt occidere possim ⁊ viuificare: qr iste misit ad me vt curē hoīem a lepra sua? Aīaduertite ⁊ videte qd occasiōes q̄rat aduersū me. Qd cuz audisset heliseus vir dei. scidisse vz regē isrl̄ vestimēta sua: misit ad eū dicēs. Quare scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me: ⁊ sciat ꝓphetā eē in isrl̄. Uenit ergo naamā cū eqs ⁊ currib⁹: ⁊ stetit ad ostiū dom⁹ helisei. Misitqz ad eū helise⁹ nūciū dicēs. Uade ⁊ leuare septies in iordane: ⁊ recipiet sanitatez caro tua atqz mūdaberis. Irat⁹ naamā recedebat dicēs. Putabā qd egrederet ad me. Et stās inuocaret nomē dñi dei sui: ⁊ tāgeret manu sua locū lepre: ⁊ curaret me. Nūquid nō meliores sunt abana ⁊ pharphar fluuij damasci oībus aqs terre isrl̄ vt lauarer ī eis ⁊ mūder. Cū ergo vertisset se ⁊ abiret idignās: accesserunt ad eum serui sui: ⁊ locuti sūt ei.

ꝓ̃i ⁊ si rē grādē dixisset tibi p̃/pheta certe facere ꝺbueras: q̃n to magis q̃ nūc dixit tibi: laua/re ⁊ mūdaberis. Descēdit ergo ⁊ lauit in iordane septies iuxta sermonē viri dei. Et restituta ē caro ei⁹ sicut caro pueri paruu li: ⁊ mūdat⁹ ē. Reuersusq; ad vi rū ꝺi cū vniuerso comitatu suo venit: ⁊ stetit coraꝫ eo: ⁊ ait. Ve re scio q̃ non sit deus alius in vniuersa terra nisi tantū domi nus deus israel. Graduale.

Deus vitā meā annūciaui tibi: po/suisti lachrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere mihi dñe q̃m cō culcauit me hō: tota die bellās tribu lauit me. Scōz lucā. IIII.

In illo tpe: Dixerunt ad ie sū pharisei. Quāta audiuimus fcā in capharnaū: fac ⁊ hic i pa tria tua. Ait āt iesus. Amē dico vobis q: nemo ꝓphete accept⁹ ē in p̃ria sua. In vitate dico vo bis: mlte vidue erāt in dieb⁹ he lye in isrl: q̃ clausū est celū ānis trib⁹ ⁊ mēsib⁹ sex: cū fcā esset fa mes magna in oi terra: ⁊ ad nul lā illaꝝ missus ē helyas: nisi i sa reptā sidonie ad mulierē viduam. Et multi leprosi erāt in isrl sub heliseo ꝓphet: ⁊ nemo eoꝝ mūdat⁹ ē nisi naamā syrus. Et repleti sūt oēs in synagoga ira: hec audiētes. Et surrexerunt ⁊ eiecerūt eū extra ciuitatē: ⁊ du xerūt illū vsq; ad supcilicū mō tis: sup quē ciuitas illoꝝ erat edificata vt precipitarent eū. Ipse autem transiens per me/dium illoꝝ ibat. Offertoriū.

Exaudi de⁹ oꝛonē meā: ⁊ ne despe/xeris deprecationem meam: intende in me ⁊ exaudi me. Secre.

Manus q̃ tibi dñe nr̃e ser uitutis offerim⁹ tu salutare no bis ꝓfice sacramētū. Per. Cō.

Quis dabit ex syon salutare israel cum auerterit dominus captiuitatē plebis sue: exultabit iacob ⁊ letabi/tur israel. Complenda.

Presta q̃s ops deus: vt q̃ oꝛe ꝓtigim⁹: pura mente capia mus. Per d. Sup ppliz. Dio.

Sabueniat nobis q̃s dñe mia tua: vt ab iminētibus pcoꝝ nr̃oꝝ piculꝫ te mereamur ꝓtegēte eripi: te liberāte salua/ri. Per dominum nostrum ie/sum. ℭ Feria. iij. Introitus.



Ego cla/maui q̃m exa udisti me de us: iclia aurē tuā ⁊ exaudi ꝟba mea: cu/stodi me dñe vt pupillam oculi sb vm/bra alaꝝ tua rū ꝓtege me. ℣. Exaudi dñe iustitiā meam: inten de deprecationem meam. Oratio.

Exaudi nos op̄s ⁊ miseri/
cors de⁹:⁊ ꝯtinētie saluta
ris propiti⁹ nobis dona ꝯcede.
Per dominum nostrū. Lectio
libri Regum.iiij.libro. IIII.C.



In diebus illis.
Mulier q̄daz
clamabat ad helise-
um ꝓphetā dicens.
Seru⁹ tuus vir me⁹
mortu⁹ est:⁊ tu no-
sti qꝛ seru⁹ tu⁹ fuit ti-
mēs deum. Et ecce
creditor venit vt tollat duos fi-
lios meos ad seruiēdū sibi. Cui
dixit helise⁹. Quid vis vt faciā
tibi? Dic mihi:qd habes in do
mo tua? At illa rn̄dit. Nō hēo
ancilla tua qcq̄z in domo mea:
nisi paruz olei quo vngar. Cui
ait. Uade ⁊ pete mutuo ab oī/
bus vicinis tuis vasa vacua nō
pauca:⁊ īgredere ⁊ claude osti/
um tuū cū intrīsecus fueris: tu
⁊ filij tui:⁊ mitte īde in oīa vasa
hec:⁊ cum plena fuerint tolles.
Iuit itaq̄z mulier ⁊ clausit ostiū
sup̄ se ⁊ sup̄ filios suos. Illi offe
rebant vasa:⁊ illa infundebat.
Cūqz plena fuissent vasa dixit
ad filiū suū. Affer mihi adhuc
vas. Et ille rn̄dit. Non hēo:ste
titqz oleū. Uenit aūt illa ⁊ īdica
uit hoī dei. Et ille. Uade inqt ⁊
vende oleuz:⁊ redde creditori
tuo. Tu autem ⁊ filij tui viui-
te de reliquo. Graduale.

Ab occultis meis mūda me dn̄e:⁊
ab alienis p̄ce seruo tuo. ℣. Si mei
non fuerīt dominati tunc immacula
tus ero:⁊ emundabor a delicto maxi
mo. Secundū Matthe. XVIII



In illo tp̄e. Re
spiciēs iesus in
discipl'os suos:dixit
simōi petro. Si pec
cauerit ī te frater tu
us: vade ⁊ corripe
eū inter te ⁊ ip̄m so
lū. Si te audierit lu
crat⁹ eris fratrē tuū. Si āt te nō
audierit:adhibe tecum adhuc
vnū vel duos:vt ī ore duoꝝ vl'
triū testiū stet oē v̄bū. Qd̄ si nō
audierit eos:dic eccl'ie. Si aūt
eccl'iaz nō audierit:sit tibi sicut
ethnic⁹ ⁊ publican⁹. Amē dico
vobis. Quecūqz alligaueritis
sup̄ terrā erūt ⁊ ligata ī celo:⁊ q̄
cūqz solueritis sup̄ terrā: erunt
soluta ⁊ in celo. Iteruz dico vo
bis. Quia si duo ex vobis ꝯsen
serint sup̄ terram:de oī re q̄cūqz
petierīt:fiet ill'a p̄re meo q est ī
cel'. Ubi enī duo vel tres ꝯgre
gati sūt in noīe meo:ibi sū ego ī
medio eoꝝ. Tūc accedēs ad eū
petr⁹ dixit. Dn̄e:quotiēs pecca
uerit in me frat me⁹ ⁊ dimittaz
ei: vsqz septies? Dixit illi iesus.
Nō dico tibi vsqz ad septies: sz
vsqz septuagesies septies. Off.
Dextera dn̄i fecit virtutez: dextera
dn̄i exaltauit me:nō moriar sz viuā:

⁊ narrabo opera domini. Secreta

PEr hec veniat q̃s domĩe sacr̃a nr̃e redẽptiõis effectus: q nos ⁊ ab humanis retrahat semp excessibus: ⁊ ad salutaria dona cũcta perducat. Per dñm nostrum iesum chr̃z. Cõ.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet i mõte sancto tuo: qui ingreditur sine macula ⁊ operatur iustitiã. Cõplẽda.

SAcrificijs dñe mysterijs expiati ⁊ veniaz ꝯsequamur ⁊ gr̃am. Per dñm nr̃m iesum chr̃m. Super populum. Oro.

TUa nos q̃s dñe ꝓtectiõe defende: ⁊ ab oi semp iniq̃tate custodi. Per dñm nr̃m iesum chr̃m. ¶ Feria.iiij. Introi.



EGo ãt in dño speraui: exultabo ⁊ letabor in tua misericordia: qr respexisti humilitatẽ meã. ps. In te dñe speraui nõ cõfundar i eternum ⁊ in iustitia tua libera me. Oratio.

PResta nobis q̃s dñe: vt salutarib⁹ ieiunijs eruditi: a noxijs quoqz vitijs abstinẽtes ꝓpiciationẽ tuã facilius impetremus. Per dñm nr̃m iesuz christum filium. Lcõ.li.Exo XX.C.



HEc dicit dominus deus. Honora pr̃ez tuũ ⁊ matrez tuã: vt sis lõgeuus sup terrã: quaz dñs de⁹ tuus dabit tibi. Nõ occides: nõ mechaberis. Non furtũ facies: nõ loq̃ris ꝯtra ꝓximũ tuũ falsũ testimoniũ. Nõ ꝯcupisces domũ ꝓximi tui: nec desiderabis vxorẽ eius. Nõ seruũ: non ancillã. Non bouẽ: nõ asinũ: nec oĩa que illi⁹ sunt. Cũctus aũt ppl's videbat voces: ⁊ lãpades: ⁊ sonitũ buccine mõtẽqz fumigantẽ. Et ꝑterriti ac pauore ꝯcussi steterunt ꝓcul dicẽtes moysi. Loq̃re tu nobis et audiem⁹: nõ loquat̃ nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad ppl'm. Nolite timere vt eni probaret vos: venit de⁹: ⁊ vt terror illi⁹ esset in vobis ⁊ nõ peccaretis. Stetitqz ppl's de lõge. Moyses ãt accessit ad caliginẽ in q̃ erat de⁹. Dixitqz preterea dñs ad moysẽ. Hec dices filijs isrl'. Vos audistis qd̃ de celo locut⁹ sim vobis. Nõ facietis d̃os argẽteos nec d̃os aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offeretis sup illd̃ holocausta ⁊ pacifica vr̃a oues vr̃as ⁊ boues in oi loco in quo memoria fuerit nominis mei.

Ps. Miserere mei dñe qm infirmus sū sana me dñe. ℣. Conturbata sunt ossa mea: et aia mea turbata est valde. Tractus vt supra



Scom mat. XV. C In illo tēpore. Accesserūt ad iesum ab hierosolymis scribe et pharisei dicētes. Quare discipuli tui trāsgrediunt traditiōes seniorū? Nō enī lauāt manus suas cū panē māducāt. Ipse autē rndens ait illis. Quare et vos trāsgredimini mādatū dei propter traditionē vestrā? Nā deus dixit. Honora pīem et mrem. Et q maledixerit pī vel mri morte moriat. Vos aūt dicitis. Qui cūq dixerit pī vel mri munus qd cūq est ex me, pderit tibi: et ñ honorificabit pīem suū aut matrē suā. Et irritū fecistis mandatum dei ppter traditionē vrāz. Hypocrite: bñ prophetauit de vobis. Esaias dicēs. Pplus hic labijs me honorat: cor aūt eorum lōge ē a me. Sine cā aūt colūt me: docētes doctrinas et mandata hoium. Et puocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite: nō qd intrat in os coinquinat hoiem: sz qd procedit ō ore hoc coinquinat hoiem. Tūc accedētes discipuli eius: dixerūt ei. Scis quia phariseī audito hoc vbo scādalizati sunt. At ille rndens ait. Oīs plantatio quam non plantauit pr meus celestis eradicabit. Sinite illos: ceci sūt et duces cecoꝝ. Cecus aūt si ce co ducatus prestet ambo in foueā cadunt. Rndens aūt petrus dixit ei. Ediscere nobis parabolam hāc. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis. Nō intelligitis q omne qd in os intrat in ventrē vadit: et in secessū emittit. Que aūt procedunt de ore: de corde exeūt: et ea coinquināt hoiem. De corde enī exeunt cogitatōes male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blasphemie. Hec sūt que coinquinant hominē. Nō lotis aūt manibus manducare non coinquinat hoiem. Off. Domine fac mecum misericordiā tuam propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. Secreta.

Suscipe dñe qs pces pplī tui cū oblationib⁹ hostiaꝝ et tua mysteria celebrātes: ab oībus nos defende piculis. Per dominū nrm ihesum. Cōmunio Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me lētitia cum vultu tuo domine. Complenda.

Sanctificet nos dñe q pasti sum⁹ mense celestis libatio: et a cūctis erroribus⁹ expiatos: supnis promissiōibus reddat acceptos. Per. Sup pplm. Oro.

QOncede qs ops deus: vt q protectionis tue gram querimus: liberati a malis oib⁹ secura tibi mente seruiamus. p. ℭ Feria. v. Introitus.



SAlus populi ego sũ dicit dñs: de qua/cũq; tribulatiõe clamauerint ad me exaudiã eos: et ero illoꝝ dominꝰ in ppe/tuũ. ℣. Attẽdite pplẽ meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestram in verba oris mei. Oratio.

QOncede qs ops deus: vt ieiunioꝝ nobis sctã deuotio et purificationẽ tribuat et maiestati tue nos reddat acceptos. p dñm. Lcõ Hieremie pro. VII.



IN diebus illis. Factũ ẽ vbum dñi ad me dicens. Sta in porta domꝰ dñi: et ꝓdica ibi vbũ istud et dic. Audite vbũ dñi oĩs iuda q gredimi p portas bas: vt adoretis dñm. Hec dicit dñs exercituũ deꝰ isrl. Bonas facite vias vras et studia vra: et hitabo vobiscũ i loco isto. Nolite ꝓfidere in vbis mẽdacij: dicẽtes: tẽplũ dñi: tẽplũ dñi: templum dñi est. Qm̃ si bñdixeritis vias vras et studia vra. Si feceritis iudicium inter virũ et prximũ eius: aduenę et pupillo et vidue nõ feceritis calũniã: nec sanguinẽ innocentẽ effuderitis in loco isto. Et post deos alienos nõ ambulaueritis in malũ vobismetipsis: hitabo vobiscũ i loco isto: in terra quã dedi pribus vris a seculo et vsqꝫ in seculuꝫ. Dicit dominus oipotẽs. Gra. Oculi oĩuꝫ in te sperãt dñe: et tu das illis escã in tpe oportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã: et imples oẽ aial benedictione. Scõm Lucaꝫ. IIII. C



IN illo tpe. Surgẽs ihesus de synagoga: itroiuit in domũ simõis. Socrus ãt simõis tenebaꝫ magnis febrib⁹ et rogauerũt illuꝫ pca. Et stãs sup illaꝫ iperauit febri et dimisit illaꝫ. Et ꝓtinuo surgẽs ministrabat illis. Cũ aũt sol occidisset: oẽs q hẽbãt infirmos varijs lãguoribꝰ: ducebãt illos ad eũ. At ille singulis manus iponẽs curabat eos. Exibãt ãt demonia a multis clamãtia et dicẽtia: qꝛ tu es filiꝰ dei. Et icrepãs nõ sinebat ea loq; qꝛ sciebant ipsum esse christũ. Facta autẽ die: egressus ibat in locum desertum: et turbe requi

rebant eu3:7 venerunt vsq3 ad ipsum. Et detinebāt illū: ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia 7 alijs ciuitatib9 oportet me euāgelizare regnu3 dei: qa id eo missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee. Of. Si ambulauero in medio tribulationis vinificabis me domine: 7 super iram inimicorum meorum extēdes manum tuam: 7 saluum me fecit dextera tua. Secreta. Ac nos quesumus domine ad sancta mysteria purificatis mentib9 accedere: vt tibi semper competens deferamus obsequium. Per dñm nr̄m iesum chr̄m filium tuum. Cōmunio. Tu mādasti mandata tua custodiri nimis: vtinā dirigant vie mee ad custodiēdas iustificatōes tuas. cōp. Sacramēti tui domine veneranda perceptio 7 mystico nos mundet effectu: 7 perpetua virtute defendat. Per dominum nostrum iesum chr̄i stum filium tuum: Qui tecū viuit 7 regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Super pplm. Oro. Subiectum tibi populum quesumus domine propitiatio celestis amplificet: 7 tuis semper faciat seruire mādatis. Per dominum nostrum iesu3 chr̄istum filium tuum: Qui te.

Feria sexta. Introitus.



Ac mecū dñe signū in bono vt videāt qui me oderūt 7 confundant: qm̄ tu dñe adiuuisti me 7 cōsolat9 es me. ps. Inclina aurē tuā3 ad me 7 exaudi me quoniā inops 7 pauper sum ego. Oratio. Eiunia nr̄a q̄s dñe benigno fauore pseqre: vt sicut ab alimētis abstinemus i corpe: ita a vitijs ieiunem9 in mēte. Per dñm nr̄m iesum chr̄m filium tuum. Lectio libri Numeri. XX.



In diebus illis: Cōuenerūt filij isrl ad moysen 7 aarō: 7 versi in seditionē dixerunt. Da nobis aquam vt bibam9. Ingressiq3 moyses 7 aarō: dimissa multitudine añ tabernaculū federis: corruerūt, pni in terrā clamauerūt ad dñm atq3 dixerūt. Dñe de9: exaudi clamore3 pplī tui9: 7 api eis thesauz tuū fontē aq̄ viue: vt satiati cesset murmuratio eoz. Et appuit gloria dñi sup eos: locutusq3 est dominus ad moysen dicens. Tolle vir

gam ⁊ congrega populum: tu ⁊ aaron frater tuus: ⁊ loquimini ad petrã coꝝ cis: ⁊ illa dabit aquas. Cunq; eduxeris aquã de petra: bibet omnis multitudo ⁊ iumenta eius. Tulit igitur moyses virgaꝫ que erat in ꝯspectu domini: sicut p̃ceperat ei congregata multitudine ante petrã dixitq; eis: Audite rebelles ⁊ icreduli. Num de petra hac vobis aquã poterim⁹ eijcere? Cunq; eleuasset moyses manũ percuciẽs virga bis silicez: egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet: ⁊ iumenta: Dixitq; dominus ad moysen ⁊ aaron: quia nõ credidistis mihi vt sctificaretis me coraz filijs israel: non introducetis hos pp̃los interrã quam dabo eis: hec est aqua cõtradictionis vbi iurgati sunt filij isrl̃ contra dominũ scificatus est i eis. Diuisio. Misit iterea nũcios moyses de cades ad regez edom qui dicerent. Hec mandat frater tu⁹ israel. Nosti omnem laborẽ q apprehendit nos quomodo descẽderint patres nostri in egyptũ ⁊ habitaueri-mus ibi multo tempore afflixerintq; nos egyptij ⁊ patres nostros: ⁊ quõ clamauerimus ad dominũ ⁊ exaudierit nos miseritq; angelũ qui eduxerit nos de egypto. Ecce in vrbe cades que est in extremis finibus tuis positi: obsecram⁹ vt nobis trãsire liceat p̃ terrã tuã. Nõ ibimus p agros nec p vineas: nõ bibemus aq̃s de puteis tuis: ſ gradiemur via publica nec ad dexterã nec ad sinistrã declinantes donec trãseam⁹ terminos tuos. Cui rñdit edom. Nõ trãsibitis p̃ me. Alioqn armat⁹ occurraz tibi. Dixerũtq; filij isrl̃. Per tritã gradiemur viã ⁊ si biberim⁹ aq̃s tuas nos ⁊ pecora nr̃a: dabim⁹ qõ iustũ est. Nulla erit in p̃cio difficultas: tãtũ velociter trãseamus. At ille rñdit. Nõ trãsibitis. Statiq; egressus ẽ obuius cũ infinita mltitudine ⁊ manu forti: nec voluit acquiescere dep̃canti vt ꝯcederet transituz p̃ fines suos. Quãobrẽ diuertit ab eo israel. Cũq; castra mouissent de cades: venerũt in mõtẽ hor q est in finibus terre edom: vbi locutus est dñs ad moysen dicẽs. Ꝑgat ingt aaron ad pp̃los suos. Non enim intrabit terrã quã dedi filijs isrl̃: eo q̃ incredulus fuerit ori meo ad aq̃s ꝯtradictiõis. Tolle aarõ ⁊ filiũ eius cum eo ⁊ duces eos i montem hor. Cunq; nudaueris patrem veste sua: indues ea eleazar filium ei⁹: ⁊ aarõ colliget ⁊ morietr ibi. Fecit moyses vt p̃cepat dñs ⁊ ascẽderũt in mõtẽ hor coram oi multitudine. Cũq;

aarō spoliasset vestib⁹ suis: idu
it eis eleazar filiū ei⁹. Illo mor
tuo in mōtis supcilio descendit
cū eleazaro. Oīs aūt multitu-
do videns occubuisse aaron:
fleuit super eo triginta diebus
p cunctas familias suas. Grad.
In deo sperauit cor meū ⁊ adiutus
sum ⁊ refloruit caro mea ⁊ ex volun
tate mea ꝯfitebor illi. ℣. Ad te do
mine clamaui de⁹ meus ne sileas ne
discedas a me. Tractus. Domi
ne nō scōz pctā nr̄a facias nobis: ne
qz scōz iniqtates nr̄as retribuas no
bis. ℣. Dñe ne memineris iniqui
tatū nr̄ar antiquar: cito anticipent
nos misericordie tue: qr pauperes fa
cti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos de
us salutaris nr̄: ⁊ ꝓpter gloriā nomi-
nis tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpitius esto
peccatis nostris propter nomē tuuz.

Secunduz Joannem. C.IIII.



In illo tempo
re. Uenit iesus
in ciuitatez samarie
que dicit̄ sichar iu-
xta p̄diuz quod de
dit iacob ioseph fi-
lio suo. Erat autez
ibi fons iacob. Je-
sus āt fatigatus ex itinere sede
bat sic supra fōtē: hora āt erat q̄
si sexta. Uenit āt mlier de sama
ria haurire aquā: dicit ei iesus.
Da mihi bibere. Discipuli eniz
ei⁹ abierāt in ciuitatē vt cibos
emerēt: dicit ergo ei mulier illa
samaritana. Quō tu iude⁹ cū sis
bibere a me poscis q̄ sū mulier
samaritana. Nō eni coutūt̄ iu-
dei samaritanis. Rñdit iesus ⁊
dixit ei. Si scires donū dei ⁊ qs
ē q dicit tibi da mihi bibere tu
forsitā petisses ab eo ⁊ dedisset
tibi aquā viuaz. Dicit ei mulier.
Dñe neqz in quo haurias hēs:
⁊ puteus altus ē vnde ergo ha
bes aquam viuaz. Nunquid tu
maior es patre nostro iacob q
dedit nobis puteū istum ⁊ ipse
ex eo bibit: ⁊ filij eius et pecora
eius. Respondit iesus: ⁊ dixit ei.
Oīs qui bibit ex aqua hac sitiet
iter. Qui āt biberit ex aq̄ quaz
ego dabo ei nō sitiet in eternū:
sz aq̄ quā ego dabo ei: fiet in eo
fons aq̄ saliētis in vitā eternaz.
Dicit ad eū mulier. Dñe da mi
hi hāc aquā vt nō sitiā: neqz ve
niā huc haurire. Dicit ei iesus.
Uade voca vir tuū ⁊ veni huc
Rñdit ei mulier ⁊ dixit. Nō ha
beo vir. Dicit ei iesus. Bñ dixi
sti qr nō hēo vir. Quiqz eni ha
buisti viros ⁊ nūc quē hēs non
ē tuus vir: hoc vere dixisti. Di-
cit ei mulier. Dñe video qr pro
pheta es tu p̄res nostri in mōte
hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis
quia hierosolymis ē locus vbi
adorare oz: dicit ei iesus. Muli
er crede mihi quia veniet hora
qñ neqz in mōte hoc neqz i hie
rosolymis adorabitis p̄rez: vos

adoratis qđ nescitis: nos ado/ ramus qđ scimus: qz salus ex iu deis ẽ. Sz venit hora z nũc ẽ: qñ veri adoratores adorabunt pẽm in spũ z vitate. Nam z pẽ tales q̃rit: q adorent eũ spũs est de⁹: z eos q adorant eũ in spũ z vitate oz adorare: dicit ei muli er: scio qz messias venit q dicit chr̃s. Cũ ergo venerit: ille an/ nũciabit nobis oia: dicit ei ihesus. Ego sũ q loquor tecũ: z ꝓtinuo venerũt discipuli ei⁹ z mirabã/ tur qz cũ muliere loq̃bat: nemo tñ dixit qd q̃ris aut qd loq̃ris cũ ea. Reliqt ergo hydriã suaz mulier z abijt in ciuitatem z di cit illis hoibus. Venite z videte hoiem q dixit mihi oia quecũ/ qz feci nũqd ipse est chr̃s. Exie rũt ergo de ciuitate z veniebãt ad eũ. Interea rogabãt eũ disci puli eius dicẽtes. Rabi mandu ca. Ille aũt dixit eis. Ego cibuz hẽo mãducare quem vos nesci tis. Dicebãt ergo discipuli eius ad inuicẽ. Nunqd aliqs attulit ei manducare. Dicit eis ihesus. Me⁹ cib⁹ est vt faciã volũtatez ei⁹ q misit me: vt ꝑficiam opus eius. Nõne vos dicitis qz ad/ huc q̃tuor mẽses sũt z messis ve nit. Ecce dico vobis. Leuate oculos vros z videte regiones qz albe sũt iã ad messem: z q me tit mercedez accipit: z ꝯgregat fructũ in vitã eternã vt z qui se minat simł gaudeat z q metit: ĩ hoc enĩ est verbũ vez: qz alius ẽ q seminat z ali⁹ est q metit: ego misi vos metere qđ vos nõ la/ boraſtis: alij aũt laborauerũt: z vos in labores eoz itroistis: ex ciuitate aũt illa multi crediderunt in eũ samaritanoz ꝓpter verbũ mulieris testimoniũ phi bẽtis: qz dixit mihi oia q̃cũqz fe ci. Cũ venissent ergo ad illũ sa maritani rogauerũt eum vt ibi maneret: z mãsit ibi duos dies: z multo plures crediderunt ꝓ pter sermonẽ eius: z mulieri di cebant qz iã non ꝓpter tuaz lo/ quelam credimus: ipsi enim au/ diuimus z scimus quia hic est vere saluator mundi. **Offerto/ rium.** Intende voci oratiõis mee rex meus z deus meus quoniaz ora bo ad te domine. **Secreta.**

Respice domine ꝓpitius ad munera que sacramus vt z tibi grata sint z nobis salu taria semper existant. Per do minum nostrum ihesum chr̃stuz filium tuum: Qui tecum viuit z regnat in vnitate spiritus san cti deus: Per omnia secula se/ culorum. Amen. **Communio** Qui biberit aquam quam ego do dicit dominus samaritane fiet in eo fons aque salientis in vitam eter nam. **Complenda.**

Huius nos dñe perceptio sacramenti mundet a crimine

ꝛ ad celestia regna perducat. Per dñm nr̃m iesum chr̃m filium tuũ: q tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate spũs sci deus per oia secula seculoꝝ. Amen. Super populum. Oratio.

Presta q̃s op̃s deus vt q in tua ꝓtectione ꝓfidimus: cuncta nobis aduersantia te aduñ te vincamus. Per dñm nr̃m iesum chr̃m filiũ tuum: q tecuꝫ viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sci deus p oia scꝛa scꝛoꝝ. Amẽ.

¶ Sabbato. Introitus.



Aer- ba mea auribus pcipe dñe intellige clamorẽ meum intẽde vociorationis mee. ꝑ. Quoniaꝫ ad te orabo dñe mane exaudies vocem meam. Gloria patri ꝛ filio. Oratio.

Presta q̃s op̃s deus vt q se affligẽdo carne ab alimentis abstinent: sectando iustitiam a culpa ieiunent. Per dominum nostrum iesum chr̃m filium tuum: Qui tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculoꝝ. Amen. Lectio danielus ꝓphete. XIII. C.



In diebus illis. Erat vir in babylonia ꝛ nomẽ ei⁹. Joachim. Et accepit vxorẽ noie susannã filiaꝫ helchie pulchrã nimis ꝛ timentez deũ: parẽtes enĩ illius cũ essent iusti erudierũt filiã suam scõm legẽ moysi. Erat ãt ioachim diues valde ꝛ erat ei pomeriũ vicinũ domui sue: ꝛ ad ipsũꝫ ꝓfluebãt iudei: eo qõ eẽt honorabilior oium ꝛ ꝓstituti sũt duo senes iudices in anno illo de q̃bus locutus est dñs: q̃ egressa est iniq̃tas de babylone a senioribꝰ iudicibus q videbantur regere pplm: isti freq̃ntabãt domũ ioachi ꝛ veniebãt ad eũ oẽs qui hẽbant iudicia. Cũ aũt ppl's reuertisset p meridiẽ: ingrediebat susanna ꝛ deãbulabat in pomerio viri sui: ꝛ videbãt eaꝫ senes quottidie ingredientẽ ꝛ deambulantẽ ꝛ exarserũt in cõcupiscentiã eius ꝛ euerterũt sensũ suũ ꝛ declinauerũt oculos suos vt nõ viderent celũ neqꝫ recordarẽt iudicioꝝ iustoꝝ. Erãt ergo ãbo vulnerati amore eiꝰ: nec idicauerũt sibi vicissim doloꝛẽ suum. Erubescebant enim iudicare sibi ꝓcupiscentiã suaꝫ volentes ꝓcubere cũ ea. Et obseruabãt quotidie sollicitius videre eã. Dixitq̃ alter ad alterꝝ: eamus:

eamus domũ: qz hora prandij̃ est. Et egressi recesserũt a se. Cũ qz reuertissent venerũt in vnũ z sciscitãtes ab inuicẽ causaz cõ fessi sunt cõcupiscẽtiaz suã. Et tũc in cõmune statuerunt tem pus: quãdo eam possent in ue nire solã. Factum est aũt cũ ob seruarent diẽ aptũ quando eã possent inuenire solaz. Ingres sa est aliquando sicut heri nu/ diustertius cũ duabus solis: vo luitqz lauari in pomerio: estus quippe erat z nõ erat ibi qsq̃ p̃ter duos senes absconditos: contẽplãtes eã dixit ergo puel lis. Afferte mihi oleuz z smig mata: z ostia pomerij̃ claudite vt lauer. Et fecerunt sicut p̃ce perat: clauserũtqz ostia pome rij̃ z egresse sunt p posticũ vt af ferent que iusserat. Nescietatqz senes intus esse absc̃ditos. Cũ aũt egresse essent puelle: surre xerunt duo senes z accurrerũt ad eaz: z dixerũt. Ecce ostia po merij̃ clausa sunt: z nemo nos videt z i cõcupiscẽtia tui sum⁹ quãobrem assentire nobis: z cõ misceꝛ nobiscũ. Quod si nolue ris dicemus/ testimoniũ cõtra te quod fuerit tecũ inuenis et ob banc cãm emiseris puellas a te. Ingemuit susanna z ait. Angustine sunt mihi vndiqz. Si enĩ hoc egero: moꝛs mihi est: si aũt nõ egero non effugiã ma-

nus vestras: sed melius est mi hi absqz opere incidere in ma nus hoium q̃z peccare in ꝓspe ctu dñi: z exclamauit voce ma gna sulãna: exclamauerũt ãt z se nes aduersus eaz cucurrit vn⁹ ad ostia pomerij̃ z aperuit: cũ aũt audissent clamoꝛẽ in pome rio famuli domus: irruerunt p posticũ vt viderent qdnã esset. Postq̃z aũt senes locuti sunt: erubuerũt serui vehemẽter: qz nunq̃z dictus fuerat sermo hu iusmodi de susanna: z facta est dies crastina. Cũqz veniss̃et po pulus ad virũ ei⁹ ioachim: ve nerunt z duo pꝛesbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus su sannaz vt interficerent eaz. Et dixerũt coraz populo. Mittite ad susannã filiã helchie vxoꝛez ioachi. Et statiz miserũt. Et ve nit cũ parẽtib⁹ z filijs z vniuer sis cognatis suis. Pꝛo:ro susan na erat delicata nimis: z pul chra spẽ. At iniqui illi iusserũt vt discooperiret. Erat enĩ coo/ perta: vt vel sic satiarentur de coꝛe eius. Flebant igitur sui: et oẽs qui nouerãt eã. Cõsurgen tes aũt duo pꝛesbyteri in me dio populi: posuerũt manus su per caput eius. Que flens suspe xit ad celũ. Erat enĩ coꝛ ei⁹ fi duciam habens in domino. Et dixerũt p̃sbyteri. Cũ deambu larem⁹ in pomerio soli: ingres-

sa est hec cum duabus puellis: ⁊ clausit ostia pomerij: ⁊ dimisit a se puellas. Venitq; adolescens ad eam qui erat absconditus: ⁊ concubuit cū ea. Porro nos cū essem⁹ in angulo pomerij videtes iniqtatez cucurrimus ad eos: ⁊ vidim⁹ eos pariter cōmisceri. Et illum quidē nequiuimus cōprehendere: qr fortior nob erat: ⁊ aperto ostio exiliuit. Hanc autem cū apprehendissemus interrogauimus quisnā esset adolescēs: ⁊ noluit indicare nobis. Hui⁹ rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senioribus populi ⁊ iudicibus: ⁊ condemnauerūt eaz ad mortem. Exclamauit autez voce magna susanna et dixit. Deus eterne qui absconditorū es cognitor: qui nosti omnia antequā fiant. Tu scis quoniam falsum testimoniuz tulerūt cōtra me. Et ecce morior cum nihil horum fecerim que isti malicio se composuerunt aduersuz me. Exaudiuit autem dominus vocem eius. Cumq; duceretur ad mortem: suscitauit dom⁹ spiritum pueri iunioris: cui nomē daniel. Et exclamauit voce magna ⁊ dixit. Mūdus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad euz dixit. Quis est iste sermo quez tu locut⁹ es? Qui cū staret in medio eor ait. Sic fatui filij israel nō iudicātes: neq; quod verum est cognoscētes cōdemnastis filiā israel. Reuertimini ad iudicium: qr falsum testimoniū locuti sūt aduersus eā. Reuersus est ergo ppls cū festinatiōe: ⁊ dixit ad eos daniel. Separate eos abinuicē ꝓcul ⁊ dij iudicabo eos Cuz ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnū: ex eis ⁊ dixit ad euz. Inueterate dierum malor: nūc venerunt peccata tua que operabaris prius iudicans iudicia iniusta: innocētes opprimēs ⁊ dimittens noxios: dicēte domino. Innocētem et iustū nō interficies. Nūc ergo si vidisti eā: dic mihi sub qua arbore videris eos colloqntes sibi? Qui ait sub cyno. Dixit aūt daniel. Recte mētitus es in caput tuū. Ecce eni angel⁹ dñi accepta sentētia ab eo: scidet te mediū. Et amoto eo iussit aliū venire: ⁊ dixit ei. Semē chanaan ⁊ nō iuda spēs decepit te: ⁊ cōcupiscētia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: ⁊ ille timētes loquebant vobis: sed nō filia iuda sustinuit iniqtatem vīam. Nūc ꝯ dic mihi sub qua arbore comꝑhenderis eos loqntes sibi. Qui ait sub pino. Dixit āt ei daniel. Recte mentitus es ⁊ tu in caput tuū. Manet aūt angelus dñi gladiū ha

bens: vt fecet te medium ⁊ iter ficiat vos. Exclamauit itaq; oīs cetus voce magna: ⁊ bene dixerūt deū qui saluat sperātes in se. Et cōsurrexerunt aduersus duos p̄sbyteros: cōuincerat enī eos daniel ex ore suo falsum dixisse testimoniū: fecerūt q̄ eis sicut male egerāt aduersus primā: ⁊ interfecerūt eos. Et saluatus est sanguis innoxius in die illa. Graduale. Si ambulem in medio vmbre mortis nō timebo mala qm̄ tu mecū es dñe. ℣. Virga tua ⁊ baculus tu⁹: ipsa me consolata sunt. Scōz Joānem. VIII.



In illo tempore. Perrexit ie sus in mōtem oliueti ⁊ diluculo iteruz venit in templuz: ⁊ omnis popul⁹ venit ad eum: ⁊ sedēs docebat eos. Adducūt aūt scribe ⁊ pharisei mulierē deph̄ensam in adulterio. Et statuerūt eaz in medio: ⁊ dixerūt ei. Magister: hec mulier mō deph̄ensa est in adulterio. In lege aūt moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autē dicebant tentantes euz: vt possent accusare eum. Jesus autez inclinans se deorsum: digito scribebat in terraz. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum: erexit se ⁊ dixit eis. Qui sine peccato est vestrum: prim⁹ in illam lapidem mittat. Et iterum inclinās se scribebat in terram: audiētes autem hec: vn⁹ post vnum exibant incipientes a seniorib⁹. Et remansit iesus solus ⁊ mulier: in medio stans. Erigēs autem se ihesus dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accusabant? Nemo te cōdemnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autez ei iesus. Nec ego te cō demnabo: vade ⁊ iam amplius noli peccare. Offertorium. Gressus meos dirige domine secundum eloquium tuū: vt nō dñetur mei oīs iustitia domine. Secreta.

Oncede quesumus omnipotens deus: vt hui⁹ sacrificij munus oblatum fragilitatez nostrā ab oī malo purget semp ⁊ muniat. Per. Cō. Nemo te condemnauit mulier: nemo domine: nec ego te cōdemnabo: iā amplius noli peccare. Complē.

Quesumus omnipotens deus: vt inter eius membra nūeremur: cui⁹ corpori cōmunicauim⁹ ⁊ sanguini. Per. eundez dñm. Supplm oīo.

Prete de dñe fidelib⁹ tuis dexterā celestis auxilij: ⁊ vt te toto corde pergrāt: ⁊ que postulant conseq mereamur. Per dñm nostrū ihesuz. ℂ Dominica. iiij. i q̄dragesima Jntr.



LEtare hierusalem ⁊ cõuẽtus facite omnes qui diligitis eã gaudete cuz letitia qui i tristitia fuistis vt exultetis: ⁊ satiemi ab vberibus consolationis eius. ℘. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Oratio. ONcede q̃s omnipotens deus: vt qui ex merito nr̃e actionis affligimur tue gratie consolatiõe respirem⁹. p. Que sola dicat. Ad Galatbas. IIII. C



FRatres. Scriptũ est enim q̃ abraaz duos filios habuit: vnũ de ancilla: ⁊ vnũ de libera. Sed qui de ancilla scõm carnem natus est. Qui aũt ō libera p repromissionẽ: q̃ sũt p allegoriã dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Vnũ quidem in mõte syna in seruitutem generãs q̃ est agar. Syna enim mons ẽ in arabia: qui cõiunct⁹ est ei: que nũc est hierusalez: et seruit cũ filijs suis. Illa aũt que sursum ẽ hierusalẽ libera ẽ: que est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis que nõ paris: erumpe ⁊ clama: que non parturis: q̃ multi filij deserte magis q̃z eius que habet virum. Nos aũt fratres scõz ysaac promissionis filij sumus. Sed quo modo tunc natus qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum: ita ⁊ nunc. Sed quid dicit scriptura. Eijce ancillaz ⁊ filiũ eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Itaq̃z fratres non sumus ancille filij: sed libere. Qua libertate nos christus liberauit. Graduale. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis. Tract⁹. Qui confidunt in domino: sicut mons syon non commouebitur in eternum: qui habitat in hierusalem. ℣. Mõtes in circuitu eius: ⁊ dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc ⁊ vsq̃z in seculum. Secundum ioãnẽ. VI.



IN illo tempore. Abijt ihesus trans mare galilee q̃ est tyberiadis: et sequebat eum multitudo magna: quia videbant signa que faciebat sup bis qui infirmabant. Subijt ergo ihesus in mõtem: ⁊ ibi sedebat cũ discipu

lis suis. Erat autez primum pascha dies festus iudeoꝝ. ¶ Cũ sublevasset ergo oculos iesus: ⁊ vidisset qꝛ multitudo maxia venit ad eũ: dicit ad philippuz. Vñ ememus panes vt manducent hi? Hoc aũt dicebat tẽtãs eũ. Ipse eni sciebat quid esset facturus. Rñdit ei philippus: ducentoꝝ denarioꝝ panes nõ sufficiũt eis vt vnusquisqꝫ modicũ quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis ei⁹ andreas: frater simonis petri. Est puer vn⁹ hic q habet quinqꝫ panes ordeaceos ⁊ duos pisces. Sed hec qd sunt inter tãtos? Dicit ergo iesus. Facite hoies discumbere. Erat aũt fenum multũ in loco. Discubuerũt ergo viri numero q̃si quinqꝫ milia. Accepit ergo iesus panes. Et cũ gr̃as egisset: distribuit discũbentibus. Silr̃ ⁊ ex piscib⁹ quantũ volebãt. Ut ãt ipleti sunt dixit discipulis suis. Colligite q̃ supauerãt fragmẽta ne pereãt. Collegerũt ergo ⁊ ipleuerũt duodeci cophinos fragmentoꝝ ex qnqꝫ panib⁹ ordeaceis ⁊ duob⁹ piscibus q̃ sup fuerũt his q mãducauerãt. Illi ergo hoies cũ vidissent qd fecerat iesus signũ dicebant. Quia hic est vere propheta: qui venturus est in mundũ. Offertoriũ

Laudate dñz qꝛ benign⁹ ẽ: psallite noi ei⁹ qm̃ suaue est: oia quecũqꝫ voluit fecit in celo ⁊ in terra. Secreta

Sacrificijs pñtibus dñe q̃sumus placat⁹ intende: vt ⁊ deuotioni nr̃e pficiant ⁊ saluti. Per dñm nr̃m iesum. Cõ.

Herl'm que edificat vt ciuitas: cuius pticipatio ei⁹ in idipsum: illuc eni ascẽderũt trib⁹ trib⁹ dñi: ad ꝯfitendũ nomini tuo domine. Complenda.

Da nobis q̃s misericors deus: vt scã tua qbus incessanter explemur: synceris tractemus obseqis: ⁊ semper fidelimente sumamus. Per dñz nr̃z.

¶ Feria secunda. Introitus.



Deꝰ i nomine tuo saluũ me fac: ⁊ i vtute tua iudica me: deus exaudi orationẽ meã. ps̃ Auribus percipe verba oris mei. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes ⁊ corpore tibi placeamus ⁊ mente. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritussancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen. Lectio libri Re



gum. III.C.iij.libr.

In diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices ad regē salomonez: steterūqz coram eo. Una vna ait. Obsecro mi dñe:ego et mulier hec habitabam⁹ in domo vna:z peperi apud eā in cubiculo. Tertia aūt die postq̄z ego peperi:peperit z illa. Et eram⁹ simul:nullusq̄z ali⁹ in domo nobiscū:exceptis nobis duabus. Mortu⁹ est aūt filius mulieris huius nocte:dormiēs qppe oppressit eū. Et consurgens in tēpeste noctis silētio:tulit filium meū de latere meo ancille tue dormiētis:z collocauit in sinu suo. Suū autē filiū qui erat mortuus posuit in sinu meo. Cūqz surrexissez mane vt darē lac filio meo:appuit mortu⁹. Quez diligētius intuēs clara luce deprehēdi non esse meum quē genueram. Rñditqz altera mulier. Nō est ita vt dicis:sz fili⁹ tu⁹ mortuus ē:meus āt viuit. Ecō trario illa dicebat. Mētiris:filius qppe me⁹ viuit:z fili⁹ tuus mortu⁹ est. Atqz in hūc moduz ꝓtendebāt coā rege. Tunc rex ait. Hec dicit:fili⁹ meus viuit z fili⁹ tuus mortu⁹ est:z ista rñdit non:sz fili⁹ tuus mortu⁹ est me⁹ āt viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiū. Cūqz attulisset gladiū coram rege. Diuidite inquit infantē viuz in duas partes:z date dimidiā partem vni: z dimidiā partem alteri. Dixit āt mulier cui⁹ filius erat viuus ad regē. Cōmota sunt quippe viscera eius sup filio suo. Obsecro dñe:date illi infantē viuū: z nolite interficere eū. Ecōtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit:sz diuidatur. Respondit rex z ait. Date huic infantē viuz: z non occidat:hec est enim mater eius. Audiuit itaqz oīs isrl iudiciū quod iudicasset rex. Et timuerūt regē videtes sapiētiā dei eē in eo ad faciēdū iudiciū.

Grad. Esto mihi in deū protectorem z in locum refugij vt saluū me facias. ℣. Deus in te speraui domine:non confundar in eternum. Tractus vt supra. Scōm Joan. II.



In illo tēpore: Prope erat pascha iudeoz:z ascendit iesus hierosolymā:z inuenit in tēplo vēdētes oues z boues z colūbas z nūmularios sedentes. Et cū fecisset qsi flagellum de funiculis:oēs eiecit de templo. Oues quoqz z boues:z nūmulariox effudit es:z mensas subuertit. Et his q vendebāt columbas dixit. Afferte ista hic:

⁊ nolite facere domuz p̄ris mei domū negociatiōis. Recordati sūt vero discipuli eius qꝛ scriptū est. Zelus dom⁹ tue comedit me: Rñderunt ergo iudei ⁊ dixerūt ei. Qd̄ signū oñdis nobis: qꝛ hec facis? Rñdit iesus ⁊ dixit eis. Soluite tēplū hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta ⁊ sex annis edificatum est tēplū hoc: ⁊ tu in trib⁹ diebus excitabis illud. Ille āt dicebat de tēplo corpis sui. Cuz ergo resurrexisset a mortuis: recordati sūt discipuli ei⁹ qꝛ hoc dicebat. Et crediderūt scripture ⁊ sermoni quē dixit iesus. Cū aūt eēt hierosolymis in pascha in die festo: mlti crediderūt in nomine ei⁹: videntes ei⁹ signa q̄ faciebat. Ipse aūt iesus nō credebat semetipsū eis: eo ꝙ ipse nosset oēs: ⁊ quia opus non erat vt quis testimoniuz perhiberet de homine. Ipse eniz sciebat quid esset in homine. Offertorium.

Iubilate deo oīs terra: iubilate deo oīs terra: seruite dño in leticia intrate in cōspectu eius in exultatiōe quia dominus ipse est deus. Secreta.

Oblatū tibi dñe sacrificium viuificet nos semp ⁊ muniat. Per dominum nr̄m iesum christum filium. Cōio.

Ab occultis meis mūda me dñe ⁊ ab alienis pce seruo tuo. Complē.

Sumptis dñe salutarib⁹ sacramētis ad redemptiōis eterne q̄s pficiamus augmētū. Per dominum nostrum iesuz christum filium tuum: Qui tecum Super populum. Oratio

Deprecationē nostram q̄sumus dñe benig⁹ exaudi: ⁊ qbus supplicādi prestas affectū: tribue defensiōis auxiliū. Per dñm nr̄m iesum christuz filium tuum: Qui tecum viuit.

¶ Feria. iij. Introitus.



Exaudi deus orationez meam et ne despexeris d̄ precatio / nem meam: intēde in me ⁊ exaudi me. ps. Contristatus suz in exercitatione mea: ⁊ conturbatus sum a voce inimici ⁊ a tribulatiōe peccatoris. Oīo.

Sacre nobis quesumus domine obseruationis ieiunia ⁊ pie conuersationis augmentum: ⁊ tue propitiationis continuum prestent auxilium. Per dominum nostrum iesuz christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat deus: Per omnia secula seculorum. Amē. Lectio libri. Exodi. XXXII.



In diebus illis: Locut⁹ est dñs ad moysen dicens. Descēde de mōte: qꝛ peccauit ppl's tuus quez eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito ꝺ via quā oñdisti eis: fecerūt sibi vitulum ꝯflatilē: ⁊ adorauerūt atq; imolātes ei hostias ⁊ dixerūt. Isti sūt dij tui isrl' q te eduxerunt de terra egypti. Rursūq; ait dñs ad moysen. Cerno ꝙ ppl's iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascat' furor meus ꝯtra eos: et deleā eos: faciāq; te in gentem magnā. Moyses aūt orabat dominū deū suū dicens. Cur dñe irascit' furor tuus ꝯtra populū tuū quē eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna ⁊ in manu robusta? Ne q̄so dicant egyptij: callide eduxit eos: vt ī terficeret in mōtibus ⁊ deleret eos: de terra: quiescat ira tua: ⁊ esto placabil' sup neqtia populi tui. Recordare abraā ysaac ⁊ israel seruoꝝ tuoꝝ: qbus iurasti ꝑ temetipsum dicēs. Multiplicabo semē vr̄z sicut stellas celi ⁊ vniuersam terrā hanc de q̄ locutus sum dabo semini vr̄o. Et possidebitis eaz semp. Placatusq; est dñs ne faceret malū quod locut⁹ fuerat aduersus populum suū. Et misertus ē ppl'o suo: dominus deus noster. Gr̄.

Exurge dñe fer opem nobis: ⁊ libera nos ꝓpter nomē tuum. ℣. Deus aurib⁹ nr̄is audiuimus: pr̄es nr̄i annūciauerunt nobis opus qd̄ operat⁹ es in diebus eoꝝ: ⁊ in diebus antiqs.

Scdm Joan. VII.



In illo tēpore: Jā die festo mediante ascēdit iesus in tēplū ⁊ docebat: ⁊ mirabant' iudei dicētes. Qūo hic litteras scit: cū non didicerit? Rñdit eis iesus ⁊ dixit. Mea doctrina nō est mea: sed ei⁹ qui misit me. Siqs voluerit voluntatē eius facere: cognoscet de doctria ei⁹ vtrū ex deo sit an ego a meipso loq̄r. Qui a semetipso loqtur: gl̄iaz ꝓpriā q̄rit. Qui aūt q̄rit gl̄iam ei⁹ q misit eū: hic verax ē: ⁊ iniustitia ī illo nō est. Nonne moyses dedit vobis legē: ⁊ nemo ex vobis facit legē? Quid me q̄ritis interficere? Rñdit turba ⁊ dixit. Demoniū hēs: qs te q̄rit īterficere? Rñdit iesus ⁊ dixit eis. Unum opus feci ⁊ oēs miramini. Propterea moyses dedit vobis circūcisionē: nō qꝛ ex moyse ē: sed ex pr̄ibus: ⁊ in sabbato circunciditis hoiem. Si circūcisionē accipit hō in sabbato vt nō soluatur lex moysi: mihi īdignamini: qꝛ totū hoiez sanū feci in sabba

to. Nolite iudicare ſm faciem: ſz iuſtū iudiciū iudicate. Dicebāt ergo qdā de hieroſolymis. Nōne hic ē quē iudei q̄runt interficere? Ecce palā loquit: z nichil ei dicūt. Nūqd vere cognouerūt p̄cipes q̄z hic eſt chriſt? Sz hūc ſcimus vñ ſit. Chriſt aūt cū venerit: nemo ſcit vñ ſit. Clamabat ergo ieſus docēs in tēplo z dicēs. Et me ſcitis: z vnde ſim ſcitis. Et a meipſo nō veni: ſz eſt verus q miſit me: quē vos neſcitis. Ego ſcio eū. Et ſi dixero q̄z neſcio eū: ero ſilis vobis mēdax. Sz ſcio eū: q̄z ab ipſo ſū z ipſe me miſit. Querebāt ergo eū apprehēdere: z nemo miſit i illū manus: q̄z nondū venerat hora eius. De turba aūt multi crediderunt in eum. Offerto. Expectans expectabo dñs z reſpexit me z exaudiuit deprecationē meam: z immiſit in os meum canticum nouū: hymnū deo noſtro. Secre.

Hec hoſtia q̄s dñe emundet nr̄a delicta: z ad ſacrificiū celebrandū ſubditoz: tibi corpora mentesq̄ ſanctificet. Per dominum. Communio. Letabimur in ſalutari tuo: z in nōie dñi dei nr̄i magnificabimur. Cōp.

Hiius nos dñe perceptio ſacri mundet a crimine: z ad celeſtia regna p̄ducat. Per dñm nr̄m ieſum chr̄m filiū tuum. Super populum. Oratio.

Miſerere dñe pp̄lo tuo: et ꝯtinuis tribulationibus laborantē, p̄pitius reſpirare cōcede. Per dñm nr̄m ieſuz chriſtum filium. Feria. iiij. Intr.



Tam ſciſcat⁹ fuero in vobis cōgregabo vos de vniuerſis terris: z effundā ſup vos aquā mūdā: z mūdabimi ab oibus inquinamētis vr̄is: z dabo vobis ſpūm nouū. ℣. Bñdicā dño in oi tpe ſemp laus eius i ore meo. Due or̄ones: p̄ria oro ſine ſalutatiōe cum genuflexiōe: ſecūda cū ſalutatiōe z ſine genuflexiōe. Orem⁹. Fle. ge. Le. oro

Deus q̄ z iuſtis p̄mia meritoz: z pcōibus p̄ ieiunium veniā p̄rebes: miſerere ſupplicib⁹ tuis: vt reat⁹ nr̄i ꝯfeſſio idulgentiā valeat pcipere delictoz. Per dñm noſtruz ieſum.



Lō eze. p. XXXVI

Hec dicit dñs de⁹. Sctificabo nomē meuz magnū: vt ſciāt gentes q̄z ego dñs. Cū ſciſcat⁹ fuero in vobis cor̄ā eis: tollā qppe

vos de gētibus: ⁊ congregabo vos de vniuersis terris. Et adducā vos in terrā vestrā: ⁊ effūdam sup vos aquam mundaz. Et mūdabimini ab oībus inquinamētis vestris: ⁊ ab vniuersis idolis vr̄is mundabo vos. Et dabo vobis cor nouū: ⁊ spūm nouū ponā in medio vr̄i. Et auferā cor lapideū de carne vr̄a: ⁊ dabo vobis cor carneū. Et spiritū meum ponā in medio vr̄i: ⁊ faciā vt in p̄ceptis meis ambuletis. Et iudicia mea custodiatis: ⁊ opemini: ⁊ hītabitis in terra quā dedi pr̄ibus vr̄is. Et eritis mihi in ppl'm: ⁊ ego ero vobis in deū: dicit dn̄s op̄s. Grad.

Venite filij audite me: timorē domini docebo vos. ℣. Accedite ad eū ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestre non confundentur. non dicitur Flecta. ge. sed Dn̄s vobiscū. Or̄o.

PResta q̄s op̄s deus: vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoqz deuotio scā letificet: vt terrenis affectib⁹ mitigatis: facili⁹ celestia capiamus. Per dn̄m nr̄m iesum christuz.



Lcō esaie ppb. I. C.

HEc dicit dominus de⁹. Lauamini mundi estote. Auferte malū cogitationū vr̄arum ab ocul' meis. Quiescite agere ꝑuerse: discite bn̄facere. Querite iudicium: subuenite opp̄sso: iudicate pupillo. Defēdite viduā: ⁊ venite ⁊ arguite me: dicit dn̄s. Si fuerint pctā vr̄a vt coccinū: q̄si nix dealbabunt. Et si fuerit rubra quasi vermiculus: velut lana alba erūt. Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre comedetis: dicit dn̄s oīpotens. Gra.

Beata gens cuius est dn̄s de⁹: eoꝝ ppl's quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. ℣. Verbo dn̄i celi firmati sunt: ⁊ spū oris eius oīs virtus eoꝝ. Secundum Joānē. IX



IN illo tēpore: Preteriens iesus vidit hoīem cecū a natiuitate: ⁊ interrogauerūt eū discipuli eius. Rabbi: qs peccauit: hic aut parētes ei⁹ vt cec⁹ nasceret: Rn̄dit iesus. Neqz hic peccauit: neqz ꝑentes ei⁹: sz vt manifestētur opa dei i illo. Me oz opari opa ei⁹ q me misit donec dies ē. Venit āt nox qn̄ nemo p̄t operari. Quādiu i hoc mūdo sū: lux suz mūdi. Hec cū dixisset expuit in terrā: ⁊ fecit lutū ex sputo: ⁊ liniuit sup oculos ei⁹ ⁊ dixit ei. Vade ⁊ laua i natatorio syloe: qd̄ interp̄tatur missus. Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ venit vidēs. Itaqz vicini ⁊ q viderāt eū prius: qr mēdicus erat dicebāt. Nōne hic est q

sedebat ⁊ mēdicabat: Alij dice
bāt qꝛ hic ē. Alij āt: nequaq̄z: sꝫ
filis eiꝰ ē. Ille vo dicebat quia
ego suꝫ. Dicebāt ergo ei. Qūo
apti sūt ocli tibi. Rñdit ille hō
q dr̄ iesus: lutū fecit ⁊ vnxit ocu
los meos ⁊ dixit mihi vade ad
natatoriū syloe ⁊ laua: ⁊ abij et
laui ⁊ video. Et dixerūt ei. Ubi
ē ille? Ait. Nescio. Adducūt eū
ad phariseos q cecus fuerat.
Erat āt sabbatū qñ lutū fecit ie-
sus: ⁊ aperuit oculos eiꝰ. Iteꝝ er
go iterrogabāt eū pharisei: qūo
vidisset. Ille aūt dixit eis: lutuꝫ
posuit mihi sup oculos: ⁊ laui ⁊
video. Dicebāt ergo ex phari-
seis: qdā nō est hic hō a deo qui
sabbatū nō custodit. Alij autez
dicebāt. Qūo p̄t hō pcōr hec si
gna facere. Et scisma erat iter
eos. Dicūt ergo ceco iteꝝ. Tu
qd dicis: de illo qui aperuit ocu
los tuos. Ille aūt dixit: quia ꝓ-
pheta est. Nō crediderūt ergo
iudei de illo: qꝛ cecus fuisset ⁊ vi
disset: donec vocauerūt paren
tes eiꝰ q viderat: ⁊ iterrogaue-
rūt eos dicētes. Hic ē filius ve
ster: quē vos dicitis qꝛ cecus na
tus est. Qūo ergo nunc videt.
Rñderūt ergo parentes eius: ⁊
dixerūt. Scimꝰ qꝛ hic filius ē no
ster: ⁊ qꝛ cecus natus est: qūo āt
nūc videat: nescimꝰ: aut qs eius
apuit oculos: nos nescimꝰ. Ip̄ꝫ
interrogate etatē habet: ipse d̄
se loq̄tur: hec dixerunt parētes
eiꝰ: qꝛ timebāt iudeos. Jā enī cō
spirauerāt iudei: vt si qs eū ꝯfite
ret eē chr̄ꝫ extra synagogā fie-
ret. Propterea parētes eiꝰ dixe
rūt qꝛ etatē hꝫ: ip̄m iterrogate.
Uocauerunt ergo rursum ho-
minem qui fuerat cecus ⁊ dixe
runt ei. Da gloriā deo: nos sci-
mus qꝛ hic hō pctōr est. Dicit er
go ille. Si peccator est nescio:
vnū scio: qꝛ cū cecus essem mo
do video. Dixerūt ergo illi qd
fecit tibi: quomodo aperuit tibi
oculos? Respōdit eis. Dixi vo
bis iā ⁊ audistis: qd iterum vul
tis audire. Nūquid ⁊ vos vul-
tis discipuli eius fieri: maledixe
runt ergo ei ⁊ dixerūt. Tu disci
pulus eiꝰ sis: nos āt discipli moy
si sumus. Nos scimꝰ qꝛ moysi lo
cutus ē deus: hūc aūt nescimus
vñ sit. Respondit ille hō ⁊ dixit
eis: in hoc enī mirabile est: quia
vos nescitis vñ sit. Et apuit ocu
los meos: scimus aūt: qꝛ pecca-
tores deꝰ non audit: sed si qs cul
tor dei est: ⁊ voluntatē eius fa-
cit: hunc exaudit. A seculo non
est auditū: qꝛ apuit qs oculos ce
ci nati: nisi eēt hic a d̄o: nō pote
rat facere qcq̄z. Rñderūt ⁊ dixe
rūt ei. In pcis natus es totus ⁊
tu doces nos. Et eiecerūt eū fo
ras. Audiuit āt iesus qꝛ eiecerūt
eū foras. Et cū inuenisset eū di-
xit ei. Tu credis in filiū dei. Rñ

dit ille ⁊ dixit. Quis est domine: vt credam in eum. Et dixit ei iesus. Et vidisti eum. Et loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum. **Offertorium.** Benedicite gentes domino deo nostro ⁊ obaudite vocem laudis eius qui posuit animam meam ad vitam ⁊ non dedit commoueri pedes meos. Benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam ⁊ misericordiam suam a me. **Secreta.** Supplices te rogamus oi potens deus vt his sacrificijs peccata nostra mundentur: quia tunc tribuis nobis veram ⁊ mentis ⁊ corporis sanitatem. Per dominum nostruz iesum christum filium. **Cōmu.** Lutum fecit ex sputo dominus: ⁊ linuit oculos meos ⁊ abij ⁊ laui ⁊ vidi ⁊ credidi deo. **Complenda.** Sacramenta que sumpsimus domine deus noster ⁊ spiritualibus nos repleāt alimentis ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. Per dominuz nostrum iesum christum filium tuum. **Super populum. Oratio.** Prateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium ⁊ vt petentibus desiderata concedas: fac nos que tibi sunt placita postulare. Per dominum nostrum iesuz christum. ¶ **Feria.v. Introit⁹.**



Letet⁹ cor q̄rentiū dñz q̄rite dñz ⁊ cōfirmamini: q̄rite faciē ei⁹ semp. ℣. Cōfitemini dño ⁊ inuocate nomē ei⁹ annūciate iter gentes opera ei⁹. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui. **Oio.** Presta q̄s ops deus vt quos ieunia votiua castigant: ipsa quoq; deuotio sctificet: vt terrenis affectibus mitigatis facili⁹ celestia capiamus. Per dñm nr̄m iesum christuz filium tuum: Qui tecum viuit. **Lectio libri Reguz.iiij.li.** IIII.



In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad heliseum in montem carmeli. Cumq; vidisset eam vir dei: de contra ait ad giezi puerum suum. Ecce sunamitis illa: vade ergo in occursum eius: ⁊ dic ei. Recte ne agitur circa te ⁊ circa virum tuum ⁊ circa filium tuum? Que respondit. Recte. Cumq; venisset ad virum dei in montez: apprehendit pedes eius. Et accessit giezi vt amoueret eam.

Et ait hō dei. Dimitte illaz ani
ma eni eius in amaritudine ẽ:
z dñs celauit a me z nō indica
uit mihi. Que dixit illi. Nunqd
petiui filiū a dño meo. Nunqd
nō dixi tibi: ne illudas me: z ille
ait ad giezi. Accige lūbos tuos:
z tolle baculū meum in manu
tua z vade. Si occurrerit tibi
hō non salutes eū. Et si saluta
uerit te qpiam: nō rñdeas illi: z
pones baculū meum sup faciē
pueri. Puerο mr pueri ait vi-
uit dñs z viuit aia tua: non di-
mittā te. Surrexit ergo z secu-
tus est eā. Giezi aūt p̄cesserat
añ eos: z posuerat baculuz sup
faciē pueri: z nō erat ei vox ne
qz sensus. Reuersusqz ē in occur
sum ei⁹ z annūciauit ei dicens.
Nō surrexit puer. Ingressus est
ergo heliseus domuz. Et ecce
mortu⁹ puer iacebat in lectulo
ei⁹. Ingressusqz clausit ostiū su
p se z sup puez: z orauit ad do
minū. Et ascēdit z īcubuit sup
puez: posuitqz os suum sup os
eius: z oculos suos sup oculos
ei⁹: z man⁹ suas sup man⁹ ei⁹: z
īcuruauit se sup eū: z calefacta
est caro pueri. At ille reuersus
deābulauit in domo semel huc
atqz illuc: z ascēdit z īcubuit su
p puez z hoscitauit puer septi-
es aperuitqz oculos suos. Ad
ille vocauit giezi: z dixit ei. Vo
ca sunamitē hāc. Que vocata i
gressa ē ad eū. Qui ait. Tolle fi
liū tuuz: venit aūt illa: z corru-
it ad pedes ei⁹: z adorauit sup
terram. Tulitqz filium suum et
egressa est. Heliseus vero reuer
sus est in galileam. Graduale.
Respice dñe in testm̄ tuū z animas
pauper tuor ne obliuiscaris in finē.
℣. Exurge dñe z iudica cām tuam
memor esto obprobrij seruor tuorū.



Scōz Lucā. C. VII
In illo tempo-
re: Ibat ihesus ī
ciuitatez que vocat
naym z ibāt cū illo
discipuli eius: z tur
ba copiosa. Cū aūt
approp̄inq̄ret porte
ciuitatis. Ecce defūct⁹ effereba
tur fili⁹ vnic⁹ mr̄is sue: z hec vi-
dua erat: z turba ciuitatis mul
ta cū illa. Quā cū vidisset ihesus
misericordia mot⁹ super eam.
Dixit illi. Noli flere. Et accessit
z tetigit loculū. Hi autez qui
portabāt steterūt. Et ait. Ado-
lescēs. Tibi dico surge: z resedit
q erat mortu⁹ z cepit loq. Et de
dit illū mr̄i sue. Accepit autem
oēs timor z magnificabāt deū
dicentes. Quia pphēta magn⁹
surrexit in nobis z quia de⁹ vi-
sitauit plebem suam. Offertor.
Domine ad adiuuandum me fe-
stina: cōfundātur oēs aduersū me q
cogitāt seruis tuis mala. Sec
Vrifica nos misericor: q de

us vt eccl'ie tue p̃ces q̃ tibi grate sunt pia munera oferẽtes: fiant expiatis mẽtibus gratiores. Per dñm nr̃m ihesum christum filium tuum. **Communio.** Domine memorabor iustitie tue solius de⁹ docuisti me a iuuẽtute mea & vsq; in senectam & senium deus ne derelinquas me. **Complenda.** Celestia dona capiẽtib⁹: q̃ sumus dñe non ad iudicium ꝓuenire patiaris: qđ fidelibus tuis ad remediũ ꝓuidisti. Per dñm. **Sup ꝑplm. Oratio** Populi tui deus institutor & rector: pctã quibus ipugnat expelle: vt semp tibi placitus: & tuo munimine sit securus. Per dñm nr̃m ihesum chr̃m filium tuum. ℭ **Feria.vj. Introi.**



Oditatio cordis mei i cõspectu tuo em p: dñe adiutor meus & redẽptor mei. ℣. Celi enarrãt gloriam dei & opera manuum eius annunciat firmamentum. **Oratio.** Deus q̃ ineffabilibus mũdum renouas sacris presta q̃sum⁹ vt ecclesia tua eternis ꝑficiat institutis: & ꝑpalibus nõ destituatur auxilijs. Per dñm nr̃m. **Lectio libri regũ. XVII. li. tertio**



In diebus illis: Egrotauit filius mulieris mr̃isfamilias: & erat languor fortissim⁹ ita vt non remaneret i eo halitus. Dixit ergo ad helyã. Quid mihi & tibi ẽ vir dei? Ingressus es ad me vt rememorarent iniquitates mee & interficeres filiũ meũ? Et ait ad eã helias. Da mihi filium tuũ. Tulit eũ de sinu illius. Et portauit eũ in cenaculũ vbi ipse manebat. Et posuit eũ sup lectulũ suũ: & clamauit ad dñm & ait. Dñe de⁹ meus ẽt ne viduã apud quã ego vt cũq; suste tor afflixisti: vt interficeres filiũ ei⁹: & expãdit se: atq; mensus ẽ sup puer tribus vicibus: clamauitq; ad dñm & ait. Dñe deus me⁹ reuertat obsecro aia pueri huius in viscera ei⁹. Exaudiuit aũt dñs voce helye. Et reuersa ẽ anima pueri itra eũ & reuixit. Tulitq; helyas puer & deposuit eũ de cenaculo in inferiorẽ domuũ & tradidit mr̃i sue: & ait illi: en viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad helyã. Nũc in isto cognoui qm̃ vir dei tu es: & vbũ domini in ore tuo verum ẽ. **Gr.** Bonũ est cfidere in dño quã confidere in boie. ℣. Bonũ est sperare

in dño q̃ sperare in principib⁹. Tractus vt supra fo 95 .ꝫ ioan. XI.



In illo tẽpore: Erat qdã languens lazarus a bethania de castello marie ⁊ marthe sororꝫ eius. Maria ãt erat q̃ vnxit dñꝫ vnguẽto: ⁊ extersit pedes ei⁹ capillis suis: cui⁹ frater lazarus ĩfirmabat̃: miserunt ergo sorores ei⁹ ad euꝫ dicentes. Dñe: ecce quẽ amas infirmat̃. Audiẽs ãt iesus dixit eis. Infirmitas hec nõ est ad mortẽ: sed ꝓ glia dei: vt glificet̃ fili⁹ dei ꝑ eũ: diligebat autẽ iesus martham ⁊ sororẽ eius mariã ⁊ lazarꝫ vt ergo audiuit qꝛ infirmabat̃ tuꝫ quidẽ mansit in eodẽ loco duobus diebus: deinde post hec dicit discipulis suis. Eamus in iudeam iteruꝫ: dicunt ei discipuli. Rabbi. Nunc q̃rebant te iudei lapidare: ⁊ iterꝫ vadis illuc. Rñdit iesus. Nonne duodeci hore sunt diei. Si qs ambulauerit in die nõ offendit: qꝛ lucẽ hui⁹ mũdi videt. Si aũt ambulauerit in nocte: offendit: qꝛ lux non est in eo: hec ait: ⁊ post hec dicit dñs. Lazarus amic⁹ noster dormit: sꝫ vado vt a somno excitẽ euꝫ. Dixerũt ergo discipuli ei⁹. Domĩe si dormit: salu⁹ erit: dixerat aũt iesus de morte eius: illi aũt putauerunt: quia de dormitione somni diceret. Tũc ergo dixit eis iesus manifeste: lazarus mortuus est: ⁊ gaudeo propter vos vt credatis quoniã nõ eraꝫ ibi. Sed eamus ad euꝫ. Dixit ergo thomas qui dicitur didim⁹ ad ꝯdiscipulos. Eamus ⁊ nos ⁊ moriamur cũ eo. Uenit itaqꝫ iesus ⁊ ĩuenit eum quatuor dies habentem iam in monumẽto. Erat autem bethania iuxta hierosolymam quasi stadijs qndecim. Multi autem ex iudeis venerãt ad mariã ⁊ marthaꝫ vt consolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia iesus venit occurrit illi: maria autem sedebat domi. Dixit ergo martha ad iesum. Domine si fuisses hic frater me⁹ non fuisset mortu⁹. Sed ⁊ nõ scio qꝛ q̃cũqꝫ poposceris a deo: dabit tibi de⁹. Dicit illi iesus. Resurget frat tu⁹. Dicit ei martha. Scio qꝛ resurget in resurrectiõe ĩ nouissimo die dic̃ ei iesus. Ego sũ resurrectio ⁊ vita. Qui credit ĩ me etiã si mortuus fuerit viuet. Et oĩs qui viuit ⁊ credit in me: non morietur ineternum. Credis hoc? Ait illi vtiqꝫ domine. Ego credidi qꝛ tu es christus filius dei viui q in hũc mũdũ venisti. Et cũ hec dixissꝫ abijt ⁊ vocauit mariã sororẽ suã silẽtio dicẽs. Magister adest ⁊ vocat te.

Illa aũt vt audiuit surrexit cito ⁊ venit ad eum: nondũ enim venerat iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Judei ergo q erant cũ ea in domo ⁊ ꝓsolabant eam. Cũ vidissent mariam qr cito surrexit ⁊ exijt: secuti sũt eã dicentes. Quia vadit ad monumentũ: vt ploret ibi. Maria ergo cũ venisset vbi erat iesus videns eũ cecidit ad pedes eius ⁊ dixit ei. Dñe si fuisses hic frat meus nõ fuisset mortu⁹. Jesus ergo vt vidit eã plorantẽ ⁊ iudeos q venerãt cum ea plorantes: infremuit spũ: ⁊ turbauit seipsum ⁊ dixit: vbi posuistis eum. Dicũt ei. Dñe veni ⁊ vide. Et lachrymat⁹ est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce qõ amabat eũ. Quidam aũt ex eis dixerũt. Nõ poterat hic q aperuit oculos ceci nati facere: vt ⁊ hic nõ moreret. Jesus ergo rursus fremẽs in semetipso: venit ad monumentũ. Erat aũt spelunca et lapis suppositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidem. Dicit ei martha soror ei⁹ qui mortu⁹ fuerat. Dñe iam fetet: qtriduanus est enim. Dicit ei iesus. Nonne dixi tibi: Qm̃ si crediderís videbis gl̃iam dei: Tulerũt ergo lapidẽ. Jesus aũt eleuatis sursum oculis dixit. Pr̃ gr̃as ago tibi: qm̃ exaudisti me. Ego aũt sciebã qr semp me audis. Sed propter pp̃lm qui circũstat dixi: vt credant: qr tu me misisti: hec cũ dixisset. Voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodijt q fuerat mortu⁹ ligat⁹ manus ⁊ pedes institis ⁊ facies illius sudario erat ligata. Dicit eis iesus. Soluite eũ ⁊ sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam ⁊ martham: ⁊ viderant que fecerat iesus: crediderunt in eum. Offertorium.

Populum humilem saluum facies dñe ⁊ oculos superbos humiliabis q̃niã quis deus preter te dñe. Secre.

Munera nos dñe q̃s oblata purificent ⁊ te nobis iugiter faciãt eẽ placatum. Per dñm nr̃m iesum christũ fi. Cõ.

Videns dñs flentes sorores lazari ad monumentũ lachrymatus est coram iudeis ⁊ clamabat lazare veni foras ⁊ prodijt ligatis manibus ⁊ pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus. Complenda.

Hec nos dñe quesum⁹ participatio sacr̃i ⁊ apprijs reatib⁹ indesinẽter expediat: ⁊ ab oib⁹ tueat aduersis. Per dñm nr̃m iesum christũ. Supplm. Dio.

Ta nobis q̃s ops deus: vt q infirmitatis nr̃e cõscij de tua virtute confidimus semper sub tua pietate gaudeamus. Per dominum n ostrum

℣ In die sabbati. Introitus.

Sitientes.



Sitientes venite ad aquas dicit dominꝰ ⁊ qui non habetis precium venite ⁊ bibite cum letitia. ℣. Attendite populi meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui. ℟o.

Aiat domine quesumus p gratiam tuam fructuosus nostre deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. Per dominum nostrum ie.

Lectio esaie prophete. XLIX.



Hec dicit dominus deus: i tempore placito exaudiui te ⁊ in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te et dedi te in fedus populi mei: vt suscitares terram ⁊ possideres hereditates dissipatas vt diceres his qui vincti sunt exite: ⁊ his qui in tenebris sunt reuelamini super vias pascentur: ⁊ in omnibus planis pascue eorum. Nō esurient neq; sitient: ⁊ non percuti et eos estus ⁊ sol: quia miserator eorum reget eos: ⁊ ad fontes aquarum potabit eos: ⁊ ponam omnes montes meos in viam: ⁊ semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe venient. Et ecce illi ab aquilone: ⁊ mari ⁊ isti de terra australi. Laudate celi ⁊ exultet terra. Jubilate mōtes laudem quia consolatus est dominus populum suum ⁊ pauperum suorum miserebitur. Et dixit syon dereliquit me dominus: ⁊ dominus oblitus ē mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum: vt non miserear filio vteri sui: ⁊ si illa oblita fuerit: ego tñ nō obliuiscar tui: dicit dominus omnipotēs.

Graduale. Tibi domine derelictus est pauper pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid domine recessisti longe: despicis in oportunitatibus in tribulatione dum superbit impius incendit pauper. **Sequentia sancti ioā.** VIII. C.



In illo tempore: dicebat iesus turbis iudeorū. Ego sum lux mundi q̄ sequitur me nō ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. Dixerūt ergo ei pharisei: tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit iesus ⁊ dixit eis. Et si ego testimoniū perhibeo de meipso ve

ruz est testimoniũ meum: qꝛ scio vnde veni ⁊ quo vado. Vos ãt nescitis vnde venio aut quo vado: vos secundũ carnez iudicatis ego nõ iudico quẽquaz: ⁊ si ego iudico: iudiciũ meum veꝝ est: qꝛ solus non suz: sed ego ⁊ q̃ misit me pr̃: ⁊ in lege vr̃a scriptũ est: qꝛ duoꝝ hoĩum testimoniuz veꝝ est. Ego suz q̃ testimoniuz ꝑhibeo de meipso ⁊ testimoniũ perhibet de me: q̃ misit me pat̃. Dicebant ergo ei. Ubi ẽ pater tuus. Rñdit iesus. Neqꝫ me scitis neqꝫ pr̃em meũ. Si me sciretis forsitan ⁊ pr̃ez meũ sciretis. Hec v̄ba locutus est iesus ĩ gazophilatio: docẽs in tẽplo. Et nemo apprehẽdit eum: quia nõdum venerat hora ei⁹. Offert.

Factus est dñs firmamentum meum ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberator meus sperabo in eum. Secreta.

Oblationib⁹ nostris quesumus dñe placare susceptis ⁊ ad te etiã nostras rebelles propitium compelle volũtates. Per dominũ nostrũ iesum xp̃z. Cõ.

Dñs regit me ⁊ nihil mihi deerit ĩ loco pascue ibi me collocauit super aquã refectiõis educauit me. Cõplẽ.

Tua nos q̃s dñe sancta purificent ⁊ operationis sue remedio tibi faciant esse placatos. Per dñm nr̃m iesuz chr̃m filium tuum: Qui tecum viuit. Super populum. Oratio.

Deus qui sperantibus in te misereri potius eligi q̃z irasci: da nobis digne flere mala que fecimus vt tue consolationis gratiã inuenire valeamus. Per dñm nr̃m iesuz christum filium tuum. ¶ Dominica de passione domini. Introi.



Iudica me deus ⁊ discerne causam meam de gente nõ sancta ab homine iniquo ⁊ doloso eripe me qꝛ tu es de⁹ meus ⁊ fortitudo mea. ps. Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam: ipsa me deduxerũt ⁊ adduxerũt in montem sanctum tuum ⁊ in tabernacula tua. Gloria patri ⁊ filio ⁊. non dicitur vsqꝫ ad pascha exceptis festis sanctorum: sed introitus resumatur. Oratio.

Quesumus omnipotens deus familiam tuaz propitius respice: vt te largiente regatur in corpore ⁊ te seruante custodiatur in mente. Per dominum nostrum iesum christũ. Ab hac die vsqꝫ ad feriam q̃ntaz in cena domini feriatis diebus dicitur post orationez diei. Oratio. Ecclesie tue. vel Deus

omnium. tertia ad beneplacitum. Ad Hebreos. IX.C.



FRatres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum perampliꝰ et perfectius tabernaculum nō manufactum idest non huius creationis neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum. Sed per proprium sanguinē introiuit semel: in sancta eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum et thaurorum: et cinis vitule aspersus: inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Quanto magis sanguis christi qui p spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo: emūdauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiēdū deo viuenti. Et ideo noui testamenti mediator est vt morte intercedente: in redemptionē earum preuaricationum: que erāt sub priori testamento: repromissionem accipiant. Qui vocati sunt eterne hereditatis in christo iesu domino nostro. Grad. Eripe me domine de inimicis meis doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus domine de gētibus iracundis ab insurgentibus in me: exaltabis me a viro iniquo eripies me. Tractus. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc israel sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Etenim nō potuerunt mihi super dorsum meum fabricauerūt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Secundum Joan. VIII



IN illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorum et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatem dico. Quare vos non creditis mihi. Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Responderūt igitur iudei. Et dixerūt ei. Nōne benedicimus nos: quia samaritanus es tu: et demonium habes? Respondit iesus. Ego demonium non habeo: sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus: quia demonium habes. Abraam mortuus est et prophete: et tu dicis: si qs sermonē meū seruauerit: mortem non gustabit

in eternuz. Nūquid tu maior es patre nostro abraam qui mortuus est ⁊ prophete mortui sūt? Quem teipsum facis, Respondit iesus. Si ego glīfico meip̄m glīa mea nihil ē. Est pater me⁹ q glorificat me quē vos dicitis qr deus noster est ⁊ non cognouistis eū: ego autem noui euz: ⁊ si dixero qr non scio eum: ero vobis similis mēdax. Sed scio eū ⁊ sermonē eius seruo. Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum ⁊ vidit ⁊ gauisus ē. Dixerūt ergo iudei ad eum. Quinq̄ginta annos nōdū hēs ⁊ abraā vidisti. Dixit eis iesus. Amē amē dico vobis. Antequam abraam fieret ego suz. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Jesus autē abscondit se ⁊ exiuit de templo. Offer.

Gen: 17. Ante Natū xp̄um 1914 Annos.

Confitebor tibi domine in toto corde meo retribue seruo tuo ⁊ viuaz ⁊ custodiā sermōes tuos viuifica me secundū verbū tuum domine. Secr.

Hec munera q̄s dñe ⁊ vincula nostre prauitatis absoluant: ⁊ tue nobis misericordie dona concilient. Per Cō.

Hoc corpus quod pro vobis tradetur hic calix noui testamenti est in meo sanguine dicit dñs hoc facite q̄ tienscunqz sumitis in meam commemorationem. Complenda

Adesto nobis domine de⁹ noster ⁊ quos tuis mysterijs recreasti: perpetuis defende presidijs. Per dñm nostrū iesuz ⁊c.

¶ Feria secunda. Introitus.



Miserere mihi dñe qm̄ ꝯculcauit me hō: tota die bellās tribulauit me. ps. Conculcauerunt me inimici mei tota die quoniā multi bellantes aduersum me. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiri. non dicitur. Oratio.

Sanctifica q̄s dñe nr̄a ieiunia: ⁊ cunctaꝝ nobis idulgentiā propiti⁹ largire culparum. Per dñm nr̄m iesuz christum ⁊c. L. Jone pphe. III.C.



In dieb⁹ ill'. Factū ē v̄buz dñi ad ionā prophetaz scd̄o dicēs. Surge ⁊ vade in niniuē ciuitatē magnā ⁊ predica in ea p̄dicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas: ⁊ abijt in niniuē iuxta verbuz dñi: ⁊ niniue erat ciuitas magna itinerē trium dieꝝ ⁊ cepit ionas ītroire in ciuitatē itinere diei vni⁹. Et clamauit ⁊ dixit. Adhuc q̄dragīta dies: ⁊ niniue subuertetur.

Et crediderunt viri niniuite in dño. Et ꝓdicauerũt ieiunium ⁊ vestiti sũt saccis a maiore vsq; ad minorẽ. Et puenit verbũ ad regẽ ninive: ⁊ surrexit de solio suo: ⁊ abiecit vestimentũ suuz a se: ⁊ idutus est sacco: ⁊ sedit in cinere ⁊ clamauit ⁊ dixit in niniue. Et ore regis ⁊ principum ei⁹ dicens: homines ⁊ iumẽta ⁊ boues ⁊ pecora nõ gustent qcq̃z nec pascant ⁊ aquam non bibãt: ⁊ operiant saccis homines: ⁊ iumenta clament ad dñm: in fortitudine: ⁊ puertat vir a via sua mala: ⁊ ab iniqtate q̃ est in manib⁹ eoz. Quis scit si puertatur ⁊ ignoscat de⁹ ⁊ reuertat a furore ire sue ⁊ nõ peribim⁹. Et vidit deus opera eoz: qz puersi sunt de via sua mala: ⁊ misertus est populo suo dñs de⁹ nr̃.

Grad. Deus exaudi orationẽ meam auribus percipe verba oris mei.

℣. Deus in nomine tuo saluum me fac ⁊ in virtute tua iudica me. **Tractus vt supra.** folio. 55. **Secundum Joannez.** VII



Illo tpe: Adi serũt principes ⁊ pharisei ministros vt apprehenderent iesuz: Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum tẽpus vobiscũ sum: ⁊ vado ad euz q̃ misit me. Queritis me ⁊ nõ inuenietis et vbi sũ ego vos nõ potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: qz nõ inueniem⁹ eũ. Nũquid in dispersiõez gẽtiũ iturus est ⁊ docturus gentes. Quis est hic sermo quez dixit. Queritis me ⁊ nõ inuenietis ⁊ vbi sũ ego: vos non potestis venire. In nouissimo ãt die magno festiuitatis stabat iesus ⁊ clamabat dicens. Si qs sitit veniat ad me ⁊ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre ei⁹ fluent aq̃ viue. Hoc aũt dixit de spũ: quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ

Offer. Domine conuertere ⁊ eripe animam meã saluuz me fac: propter misericordiam tuam.

Secreta.

Concede dñe de⁹ noster: vt hec hostia salutaris: ⁊ nrozꝝ fiat purgatio delictozꝝ: et tue ppitiatio maiestatis. Per dñm nr̃m iesum chr̃m.

Com. Dñs vtutũ ⁊ ipse ẽ rex glie.

Cõp.

Sacri tui q̃s dñe participatio salutaris ⁊ purificationez nobis tribuat ⁊ medelam. Per dñm nr̃m iesum chr̃istuz.

Super populũ. Oratio

Oa q̃s dñe populo tuo salutem mentis ⁊ corpis vt bonis operib⁹ inherendo: tua semper mereat ꝓtectione defendi. Per dñm nr̃m iesum chr̃istuz filiũ tuũ: Qui tecũ viuit ⁊ reg.

Feria iij. Introitus.



Expecta dominũ ⁊ viriliter age ⁊ confortet cor tuum ⁊ sustine dominũ. ps. Dominus illũinatio mea et salus mea quem timebo. Oratio

Nostra tibi q̃sumus dñe sint accepta ieiunia que nos ⁊ expiãdo gr̃a tua dignos efficiant ⁊ ad remedia ꝑducant etna. Per dominuz nr̃m iesuz chr̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit ⁊ r̃gnat ĩ vnitate spiritussci deꝰ Per oĩa secula scl'oꝝ. Amen.

Lcõ danielis ꝓphete. XIIII.C.



In diebus illis. Cõgregati sũt babylonij ad regez ⁊ dixerũt ei. Trade nobis danielez qui bel destruxit: ⁊ draconẽ ĩterfecit. Alioquin interficiemus te ⁊ domuz tuã vidit ergo rex ꝙ irruerent in euz vehemẽter ⁊ necessitate compulsus: tradidit eis. Danielez. Qui miserũt eum in lacuz leonuz: ⁊ erat ibi sex diebus. Porro in lacu erãt leones septem ⁊ dabantur eis quotidie duo corpora et due oues: ⁊ tunc non data sunt eis vt deuorarẽt danielẽ. Erat aũt abacuch ꝓpheta in iudea: et ipse coxerat pulmẽtuz ⁊ intriuerat panes in alueolo ⁊ ibat incampuz vt ferret messoribꝰ. Dixitqꝫ angelus dñi ad abacuch. Fer prandium quod habes danieli in babylonẽ: qui est in lacu leonuz ⁊ dixit abacuch Dñe babylonez nõ vidi: ⁊ lacũ nescio. Et appꝫhendit euz angelu dñi in vertice eius: ⁊ portauit eum capillo capitis sui: posuitqꝫ euz in babylonez sup lacuz ĩ impetu spiritus sui. Et clamauit abacuch dicẽs. Daniel serue dei. Tolle prãdiuz quod missit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus es enĩ mei dominus deus meus: ⁊ nõ reliquisti diligentes te: surgensqꝫ daniel comedit. Porro angelus dñi restituit abacuch cõfestim ĩ locum suuz. Uenit ergo rex die septimo vt lugeret danielez.: Et venit ad lacum et introspexit. Et ecce daniel sedẽs in medio leonũ: ⁊ exclamauit voce magna rex dicẽs. Magnꝰ es dñe deꝰ danielis: ⁊ extraxit eum de lacu leonuz. Illos autẽ q perditionis eius cã fuerant intromisit in lacũ: ⁊ deuorati sunt ĩ momento coram eo. Tunc rex ait. Paueant oẽs in vniuersa terra habitantes deum danielis:

quia ipse est liberator ⁊ saluator: faciens signa in celo ⁊ i terra: qui liberauit danielem de lacu leonum. Graduale.

Discerne causaz meaz dñe ab homine iniquo ⁊ doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuam ⁊ veritatē tuaz ipsa me deduxerūt ⁊ adduxerunt in montem sanctum tuum. Secundum Joannem. VII.C.



In illo tempore. Ambulabat iesus in galileā nō eni volebat i iudeaz ambulare: qr querebant eū iudei interficer̄. Erat eni in ꝓximo dies fest⁹ iudeoꝝ scenophegia: dixerunt ergo ad eū fratres ei⁹. Transi hinc: ⁊ vade in iudeā: vt ⁊ discipuli tui videāt opa tua: que facis. Nemo qppe i occl'to aliqd facit: ⁊ querit ipse in palaz esse. Si hec t̄acis manifesta te ip̄m mūdo: neqꝫ eni frēs eius credebant i eū. Dixit ergo eis iesus. Tēpus meū nondum aduenit: tempus aūt vestrū semꝑ ē paratū. Nō potest mundus odise vos: me āt odit: qr ego testimoniū ꝑhibeo d̄ illo: qr opa ei⁹ mala sūt. Vos ascēdite ad diē festuz hūc: ego āt nō ascēdam ad diē festū istū qr tp̄s meū nōdū ipletū ē. Hec cū dixisset ipse mā sit in galilea: vt aūt ascēderunt fratres ei⁹: tūc ⁊ ipse ascēdit ad diē festū nō manifeste: sꝫ q̄si in occulto. Judei g̊ q̄rebāt eūz in die festo ⁊ dicebāt. Ubi est ille: ⁊ murmur mlt̄us erat de eo in turba. Quidā eni dicebāt: quia bonus ē. Alij aūt dicebāt non: sꝫ seducit turbas. Nemo tamē palam loquebat̄ de illo ꝓpter metum iudeoruz. Offertoriū.

Sperēt in te oēs q nouerūt nomen tuū dñe: qm̄ nō dereliquis q̄rentes te: psallite dño q habitat in syon: qm̄ nō est oblit⁹ oꝛōnez pauꝑuz. Secr̄.

Hostias tibi domine deferimus immolandas: que temporali consolatione ita nos letificent vt promissa certius speremus eterna. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spirit⁹ sancti deus Per omnia secula seculorum. Amen. Cōmunio.

Redime me d̄us israel ex omnib⁹ angustijs meis. Complenda.

Da nobis q̄s op̄s de⁹ vt que diuina sunt iugiter exeq̄ntes donis mereamur celestib⁹ ꝓpinq̄re. Per dominū nostrum iesum christum filium tuū. Qui. Sup ꝓpl'm oratio.

Da nobis q̄s dñe perseuerantem in tua voluntate famulatum: vt in diebus nostris et merito et numero populus tibi seruiens augeatur.

Per dñm nr̃m iesum christuz.

Feria quarta Introitus.



Liberator meus de gẽtibus iracũdis ab ĩsurgẽtibus ĩ me exaltab̃ me a viro iniq̃ eripies me domine. ps. Diligam te domine virtus mea: dñs firmamentũ meũ ⁊ refugiũ meũ. Glia pr̃i ⁊ filio ⁊. Oro.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fideliuz miserator illustra: ⁊ quib⁹ deuotionis prestas affectuz: p̃be supplicãtibus piuz benign⁹ auditum. Per d. Lcõ libri. Leuitici. XVIII. C.



In diebus illis: Locutus ẽ domin⁹ ad moysen dicens. Ego dñs de⁹ vester. Non facietis fructum: nõ mẽtiemini: nec decipiat vnusquisq̃ ꝓximum suum: nõ periurabis in nomine meo: nec pollues nomẽ dei tui: ego dominus: nõ facies calumniaz proximo tuo: nec vi opprimes eum: nõ morabitur opus mercẽnarij tui apud te vsq̃ mane: non maledices surdo: nec coram ceco pones offendiculuz: sed timebis dominũ deum tuũ quia ego suz dñs: nõ facies q̃ iniquuz est: nec iniuste iudicabis: nõ consideres personaz pauperis: nec honores vultum potẽtis. Juste iudica proximo tuo: non eris criminator: nec susurro in populis: non stabis contra sanguinẽ proximi tui. Ego dominus: non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum: ne habeas sup̃ illo peccatum: non queras vltionem nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enĩ dñs de⁹ vester. Graduale.

Exultabo te dñe qm̃ suscepisti me nec d̃lectasti inimicos meos sup̃ me. v. Dñe deus me⁹ clamaui ad te ⁊ sanasti me dñe abstraxisti ab inferis aĩaz meã saluasti me a descendẽtib⁹ in lacuz. Tract⁹. Dñe nõ scd̃z peccata nr̃a facias nob̃ neq̃ scd̃m iniq̃tates nr̃as. folio. 55. Secunduz Joãnem. X. C.



In illo tp̃e. Facta sunt encenia in hierosolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat iesus in templo in porticu salomonis. Circundederunt ergo eum iudei: ⁊ dice-

bant ei. Quousq; animaz nr̃az tollis? Si tu es christus dic nobis palã? Respondit eis iesus. Loquor vobis ⁊ non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei hec testimonium perhibent de me. Sed vos nõ creditis: quia nõ estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocez meam audiunt: ⁊ ego cognosco eas: ⁊ sequunt̃ me. Et ego vitã eternam do eis: ⁊ nõ peribũt ĩ eternum: ⁊ nõ rapiet eas quisq; de manu mea. Pr̃ me⁹ q̃ d̃dit mihi mai⁹ est omnib⁹: ⁊ nemo potest rapere d̃ manu patris mei. Ego ⁊ pater vnum sum⁹. Sustulerũt ergo lapides iudei vt lapidarent eum. Respõdit eis iesus. Multa bona opera ostẽdi vobis ex patre meo: ꝓpter quod corũ opus me lapidatis. Responderũt ei iudei. De bono opere nõ lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu hõ cum sis: facis teipsum deũ. Respõdit eis: iesus. Nõne scriptuz est in lege vestra: quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: ⁊ nõ potest solui scriptura quẽ pater sctĩficauit ⁊ misit in mundum. Vos dicitis: quia blasphemas: quia dixi filius dei sum. Si nõ facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si aũt facio: ⁊ si mihi non vultis credere: operibus credite: vt cognoscatis ⁊ credatis quia pater in me est: ⁊ ego in patre. **Offertorium.**

Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me libera me domine. **Secreta.**

Annue nobis misericors deus: vt hostias placationis ⁊ laudis syncero tibi offeramus obsequio. Per dñm nostrum iesum christum filium tuũ. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per oĩa scl̃a scl̃oꝝ. **Cõ.**

Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circũdabo altare tuuz dñe: vt audiaz vocẽ laudis tue: ⁊ enarrẽ vniuersa mirabilia tua. **Cõplen.**

Celestis doni benedictiõe percepta supplices te deus omnipotens deprecamur vt hoc idem nobis ⁊ sacramẽti causa sit et salutis. Per dñm nr̃m iesum christũ filiuz tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat ĩ vnitate spiritus scti de⁹. Per oĩa scl̃a scl̃oꝝ. Amẽ. **Sup ppl̃z oro**

Adesto supplicatiõib⁹ nr̃is op̃s deus: ⁊ quibus fiduciam sperande pietatis indulges: consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominũ nostrum iesum christũ filium tuũ. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorũ. Amẽ. ¶ **Feria. v. Introi.**



Omnia q̄ fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti: q̄ peccauimus tibi: ⁊ mandatis tuis nō obediimus: ſz da gloriam nomī tuo et fac nobiſcum ſm multitudinem miſericordie tue. ℣. Beati immaculati in via: q̄ ambulāt in lege dñi. Oro.

PResta q̄ſumus omnipotens deus: vt dignitas cōditionis humane p̄ moderantiaz ſanciata: medicinalis parſimonie ſtudio reformetur. Per dñz. Lcō Danie. ppbe. III. C.



IN diebus illis: Orauit daniel ad dñm dicēs. Bñe deus nr̄: ne delpicias pp̄lm tuū ppter nomē tuuz. Et nec diſſipes teſtamētuz tuū: ⁊ neq̄ auferas miam tuā a nobis ppter abraam dilectū tuū: ⁊ iſaac ſuum: ⁊ iſrael ſanctum tuum: q̄bus locut⁹ es pollicēs q̄ mul tiplicares ſemē eoz ſic̄ ſtellas celi: ⁊ ſicut arenā que in littore maris ē: q̄ dñe iminuti ſumus pluſq̄ oēs gentes. Sumuſq̄ humiles in vniuerſa terra hodie ppter pctā nr̄a. Et nō eſt in tpe hoc p̄nceps ⁊ dux ⁊ ppheta: neq̄ holocauſtū: neq̄ ſacrificium: neq̄ oblatio: neq̄ incenſum: neq̄ loc⁹ primitiarū coram te: vt poſſim⁹ inuenire miam. Sz in aio contrito ⁊ ſpū hūlitatis ſuſcipiamur: ſicut i holocauſto arietū ⁊ thaurozuz. Et ſicut in milibus agnoz pinguiū: ſic fiat ſacrificiū nr̄m i cōſpectu tuo hodie: vt placeat tibi: q̄m̄ non eſt cōfuſio ꝓfidētibus in te. Et nūc ſeqmur te in toto corde et timemus te: ⁊ q̄rimus faciē tuā ne cōfūdas nos: ſz fac nobiſcuz iuxta māſuetudinē tuā: ⁊ ſcōm m̄ltitudinez miſericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: ⁊ da gl̄iā noi tuo dñe Et cōfundant oēs q̄ oñdunt ſuis tuis mala Cōfūdāt i oipotētia: ⁊ robur eoz ꝓteraī. Et ſciāt q̄ tu es dñs de⁹ ſol⁹: ⁊ gl̄iōſus ſup orbē tra: dñe de⁹ nr̄. Grad. Tollite hoſtias ⁊ introite i atria ei⁹: adorate dñz i aula ſcā ei⁹. ℣. Reuelabit dñs cōdēſa: ⁊ i tēplo ei⁹ oēs dicent gl̄iam.

ſm Lucam. XX. C.



IN illo tpe. Factū ē i vna dierū: docēte ieſu pp̄lz in templo et euangelizante conuenerunt p̄ncipes ſacerdotuz ⁊ ſcribe cum

senioribus: ⁊ aiũt dicẽtes ad illum. Dic nobis i qua potestate hec facis: aut qs est q dedit tibi hãc potestatez? Rñdens autez iesus dixit ad illos. Interrogabo vos ⁊ ego vnuz v̄bũ. Rñdete mihi: baptismũ ioãnis de celo erat: an ex hoĩbus? At illi cogitabãt intra se dicẽtes. Quia si dixerim⁹ de celo: dicet. Quare g̃ nõ credidistis illi. Si autez dixerim⁹ ex hoĩbus: plebs vniuersa lapidabit nos: certti sũt enĩ ioãnem ꝓphetaz esse. Et responderunt se nescire vnde eẽt Et iesus ait illis. Neqz ego dico vob̃ i q̃ potestate hec facio.

Offertorium. Super flumina babilonis illic sedimus ⁊ fleuimus: dũ recordaremur tui syon. Secre.

Suscipe quesum⁹ domine hostiam redemptiõis humane: ⁊ salutem mentis ⁊ corporis opare placat⁹. Per dominũ nr̃m iesuz chr̃m. Cõmu.

Memẽto verbi tui seruo tuo dñe: in quo mihi spem dedisti: hec me cõsolata est in humilitate mea. Cõpl.

Quod ore sumpsim⁹ domine pura mente capiamus: ⁊ de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per dominum nostruz. iesum xp̃m. Sup ppl̃m oratio

Esto q̃s dñe ꝓpiti⁹ plebi tue: vt que tibi nõ placẽt respuẽtes: tuorũ poti⁹ r̃pleant delectatiõibus mandatorum. Per dñm nr̃m iesum christuz.

¶ Feria sexta. Introitus.



Miserere mihi dñe q̃niam tribulor: ibera me de manibus inimicoꝝ meoꝝ ⁊ a ꝑseq̃ntib⁹ me dñe nõ cõfũdar: qm̃ inuocaui te. ps. In te dñe speraui nõ ꝯfundar in eternũ in iustitia tua libera me. Oratio.

Cordib⁹ nr̃is q̃s dñe gr̃az tuã benign⁹ infunde: vt pctã nostra castigatione voluntaria cohibentes: temporaliter potius maceremur: q̃z supplicijs deputemur eternis. Per dominum nostrum iesum christuz filium. Lcõ Hieremie pp. XVII.



In diebus illis dixit hieremias. Domine omnes qui te derelinquunt confundentur. Recedentes a te in terra scribentur: quoniaz derelinquerũt venam aquarum viuentiuz dominum. Sana me domine ⁊ sanabor: saluum me fac ⁊ saluus ero: quoniam laus mea tu es:

Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbum domini: veniat. Et ego non sum turbatus: te pastorem sequens: et diem hominis non desideraui. Tu scis qd egressus est de labijs meis: rectū in conspectu tuo fuit. Nō sis mihi tu formidini. Spes mea tu in die afflictōis. Cōfundāt q me psequūtur: et ñ confundar ego. Paucāt illi: et nō pauceam ego. Induc sup eos diem afflictōis. Et duplici contritione contere eos: domine deus noster. Gradua. Pacifice loquebantur mihi inimici mei: et ira molesti erant mihi. V. Tidisti domine deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractus vt supra. folio. 55 sm ioā XI. C



In illo tempore: Collegerūt pōtifices et pharisei concilium et dicebant. Quid facim⁹: qz hic homo multa signa facit: Si dimittim⁹ eum sic: omnes credent in eū: et venient romani: et tollent nostrum locum et gentem. Unus aūt ex ipsis cayphas nomine cū esset pōtifex anni illius dixit eis. Vos nescitis quicq̄: nec cogitatis. Quia expedit vobis vt vn⁹ moriat hō p populo: et non tota gens pereat. Hoc aūt a semetipso nō dixit. Sed cū esset pōtifex anni illius: pphetauit qz iesus moriturus erat p gente. Et nō tantū p gente: sz vt filios dei q erant dispsi: congregaret i vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt: vt interficerent eū. Jesus ūt iam nō in palā ambulabat apd iudeos: sz abijt in regionē iuxta desertū: in ciuitatem q dicit ephrem: et ibi morabat cū discipulis suis. Offerto. Benedictus es dñe doce me iustificationes tuas: et non tradas calūnientibus me superbis: et respōdebo exprobrātibus mihi verbum. Secreta. Presta nobis misericors deus: vt digne tuis seruire semper altarib⁹ mereamur: vt eoz perpetua participatiōe saluari. Per dñm nr̄m. Com. Ne tradideris me dñe in aīas persequentium me: qz insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Cōplenda. Sumpti sacrificij dñe ppetua nos tuitio non relinq̄t: et noxia semp a nobis cūcta depellat. Per dñz. Sup pplm. Oratio. Concede q̄s ops de⁹: vt q ptectiōis tue gr̄am q̄rimus liberati a malis oib⁹ secura tibi mente seruiam⁹. Per dominū nr̄m. ℂ Sabbato Intr. Judica me deus. folio. 56 per totum preter tractum. Oratio. Proficiat q̄sumus domine plebs tibi dicata pie deuotiōis affectu: vt sacris actiōibus

erudita: quanto tue maiestati fit gratior: tãto donis potioribus augeatur. ℘er dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. Lcõ. Hieremie ꝓphete. C.XVIII.



IN diebus illis. Dixerũt impij iudei adinuicez. Venite cogitemus: cõtra iustũ cogitationes. Non enĩ peribit lex a sacerdote: nec consilium a sapiente: nec sermo a prophecta. Venite percutiamus eũ lingua: ꝛ nõ attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me: ꝛ audi vocem aduersariorum meorũz. Nũquid redditur pro bono malum: quia foderunt foueaz anime mee? Recordare qõ steterim in conspectu tuo: vt loquerer pro eis bonum: ꝛ auerterẽ indignationez tuam ab eis. ℘propterea da filios eoꝝ in famem: ꝛ deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eoꝝ absqꝫ liberis ꝛ viduę: ꝛ viri eaꝝ interficiant morte. Iuuenes eoꝝ confodiantur gladio: in prelio audiat clamor de domibus eoꝝ. Adducas sup eos latronẽ repente: qꝛ foderunt foueaz vt caperent me. Et laqos abscõderunt pedibus meis: tu autem dñe scis omne consiliũ eoꝝ aduersum me in mortem. Ne ꝓpitieris iniquitati eorũ: et peccatum eoꝝ a facie tua nõ deleatur. Fiãt corruentes in conspectu tuo: ĩ tẽpore furoris tui: dñe deꝰ meꝰ. ℣m ioã. XVII. C.



IN illo tẽpore. Sublcuatis iesus oculis in celum dixit. ℘ĩ: venit hora: clarifica filiũ tuz: vt filiꝰ tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem oĩs carnis vt oẽ quod dedisti ei: det eis vitã eternam. Hec est autez vita eterna: vt cognoscãt te solũ verũ deum: ꝛ quẽ misisti iesuz christũ. Ego te clarificaui super terrã: opus ꝓsummaui qõ dedisti mihi vt faciã. Et nũc clarifica me tu pĩ apud temetipsũ claritate quã habui ꝓusqz mũdus fieret apud te. Manifestaui nomẽ tuũ hoibus quos dedisti mihi de mũdo. Tui erant ꝛ mihi eos dedisti: ꝛ sermonẽ meũ seruauerũt. Nũc cognouerunt qꝛ oĩa q̃ dedisti mihi abs te sũt: qꝛ verba que dedisti mihi dedi eis: ꝛ ipsi acceperũt ꝛ cognouerũt qꝛ a te exiui: ꝛ crediderunt qꝛ tu me misisti. Ego ꝓ eis rogo non ꝓ mũdo: sed ꝓ his quos dedisti mihi: qꝛ tui sũt. Et oĩa mea tua sũt: ꝛ tua mea sũt: ꝛ clarificatus sum in eis. Et iam non sum in

mũdo ⁊ hi in mũdo sunt: ⁊ ego ad te venio. ℣ Pr̃ sancte: serua eos in noĩe tuo quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut ⁊ nos. Cum essem cũ eis: ego seruabã eos in noĩe tuo. Quos dedisti mihi custodiui: ⁊ nemo ex his perijt nisi fili⁹ perditiõis: vt scriptura implcaf. Nunc autez ad te venio: ⁊ hec loquor in mũdo: vt habeant gaudiũ meũ impletum in semetipsis. Et dedi eis sermonẽ tuum: ⁊ mundus eos odio habuit: q̃ non sunt de mũdo: sicut ⁊ ego non sum de mũdo. Non rogo vt tollas eos de mũdo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt sicut ⁊ ego nõ sum de mũdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tu⁹ veritas est. Sicut tu me misisti in mundũ: ⁊ ego misi eos in mũdum: ⁊ p eis sc̃ificabo meipsum vt sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Nõ pro bis autẽ rogo tantum: sz ⁊ pro eis q̃ credituri sunt p verbum eorũ in me: vt oẽs vnũ sint sicut tu pr̃ in me ⁊ ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnũ sint vt mũdus credat: q̃ tu me misisti. Et ego claritatẽ quã dedisti mihi dedi eis vt sint vnũ sicut ⁊ nos vnũ sumus. Ego in eis ⁊ tu in me: vt sint ꝯsũmati i vnuz. Et cognoscat mũdus q̃ tu me misisti: ⁊ dilexisti eos: sicut ⁊ me dilexisti. Pr̃. Volo quos dedisti mihi: vt vbi ego sũ: ⁊ illi sint mecũ: vt videãt claritatẽ meaz quã dedisti mihi: q̃ dilexisti me ante ꝯstitutionẽ mundi. Pr̃ iuste: mundus te nõ cognouit: et hi cognouerũt: quia tu me misisti. Et notuz feci eis nomen tuum: ⁊ notum faciaz vt dilectio qua dilexisti me i ipsis sit: ⁊ ego in ipsis. **Secreta.**

A Cunctis nos q̃s dom̃ie reatibus ⁊ periculis ꝓpitiatus absolue: quos tanti myſterij tribuis eẽ consortes. Per dñz nostrum iesum chr̃istũ. **Cõpleda.**

O Iuini muneris largitate saciati q̃s dñe deus noster: vt huius participatõe sẽper viuamus. Per dñm nr̃m iesum chr̃istum filium tuum. **Super populum. Oratio.**

T Ueatur q̃s domine dextera tua pp̃l'm tuum deprecantẽ: ⁊ purificatuz dignanter erudiat vt ꝯsolatõe p̃senti ad futuꝝ bona ꝓficiat. Per dñm nr̃m iesum chr̃istum filiuz tuũ. ℣ Bñica in ramis palmarum. **Finita tertia fiat ꝓcessio solennis in qua conueniunt clerus ⁊ populus cum ramis palmarũ obuiam: aliarumq̃ arborũ et põtifex preparet se cum ministris ⁊ cruce aqua benedicta ⁊ thuribulo ordinatis ⁊ procedat ad chorum: tunc incipient chorari. Pr̃. Fratres mei. subsequen**

tibus alijs respõsorijs quo adusq; peruenerint ad ecclesiaz vbi rami predictarum arborũ sunt benedicendi: cunq; ibi fuerit põtifex primo bñdicat sal ⁊ aquaz: postea media voce dicat. Dominus vobiscum. Oratio. Deus quem diligere ⁊ amare. vt supra in pontificali habetur. Qua finita legat subdiaconus. Lectio libri Exodi. XV.C.



In diebus illis: Uenerunt filij israel in helim vbi erant duodecim fõtes aquarum: ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati sũt iuxta aquas ꝓfectiq; de helim venit oĩs multitudo filioꝝ israel in desertũ sin: qđ est inter helim ⁊ synai: quintadecima die mensis secundi: postq̃z egressi sunt de terra egypti: ⁊ murmurauit omnis congregatio filiorum israel contra moysen ⁊ aaron in solitudine: dixeruntq; ad eos. Filij israel. Utinam mortui essemus per manũ domini in terra egypti quando sedebamus super ollas carniũ: ⁊ comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud: vt occideretis oẽz multitudinẽ fame. Dixitq; dominus ad moysẽ. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur populus ⁊ colligat que sufficiunt per singulos dies vt tentẽ euz: vtꝝ ambulet in lege mea an nõ: die aũt sexta parent qđ inferant. Et sit duplũ q̃z colligere solebant ꝑ singulos dies. Dixerũtq; moyses ⁊ aaron ad oẽs filios israel vespere scietis qđ dñs eduxerit vos de terra egypti ⁊ mane videbitis gloriam dñi. Audiui enim murmur vestrũ cõtra dñz. Nos vero qd sumus qꝛ musitastis ꝯtra nos. Et ait moyses: dabit dñs vobis vespere carnes edere ⁊ mane panes in saturitate: eo ꝙ audierit murmurationes vestras q bus murmurati estis ꝯtra euz: nos enim qd sumus: nec contra nos est murmur vestrũ: sed cõtra dñm. Dixitq; moyses ad aarõ. Dic vniuerse ꝯgregationi filioꝝ israel: accedite corã domino: audiuit eniz murmur vestrum. Cũq; loqueretur aaron ad omnẽ cetum filiorum israel. Respexerunt ad solitudinẽ. Et ecce gloria dñi apparuit in nube. Perlecta lectione chorus cantet. Tractũ. Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Dicant nũc isrl' sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenĩ nõ potuerũt mihi supra dorsum meuz fabricauerũt pcõres. ℣. Prolõgauerunt iniqtatẽ sibi dñs iustus ꝯcidet ceruices pcõrum. Scdm marcũ. C.XI.



In illo tpe: Cũ appropinq̃ret iesus hierosolyme ⁊ bethanie ad mõtez oliuaꝝ: mittit duos ex discipulis suis ⁊ ait illis. Ite in castellũ qd̃ ɔtra vos est ⁊ statĩ introeũtes illuc iuenietis pullum ligatũ: sup quez nemo adhuc hoĩum sedit: soluite illũ ⁊ adducite: ⁊ si qs vobis dixerit qd facitis. Dicite: qꝛ dño necessarius ẽ: ⁊ ɔtinuo illũ dimittet huc: ⁊ abeũtes iuenerũt pulluz ligatũ ante ianuã foris in biuio: ⁊ soluunt eũ: ⁊ qdam de illic stãtibus dicebant illis. Quid facitis soluẽtes pullũ. Qui dixerũt eis: sicut p̃ceperat illis iesus ⁊ dimiserũt illis. Et duxerũt pullũ ad iesum ⁊ iponunt illi vestimẽta sua ⁊ sedit sup euz. Multi aũt vestimẽta sua strauerunt in via: alij ãt frondes cedebant de arboribꝰ ⁊ sternebant in via. Et q preibãt ⁊ q sequebant̃ clamabant dicentes. Osanna bñdictꝰ qui venit in noĩe dñi: bñdictuz qd̃ venit regnũ p̃ris nr̃i dauid. Osanna in excelsis. Tũc imediate bñdicat pontifex ramos supradictaꝝ arboruz hoc modo.

Exorcizo te oĩs creatura floꝝ ⁊ frondium vel palmaꝝ seu oliuaꝝ in noĩe patris. vt supra in põtificali ponit̃ p ordinem. Quibus omnibus finitis incipiatur officium misse.



Domine ne lõge facias auxilium tuũ a me: ad defensionem meã aspice: libera me de ore leõis ⁊ a cornibus vnicorniũ humilitatem meã. ps. Deꝰ deꝰ meꝰ respice in me quare me d̃reliqsti lõge a salute mea. oro.

Omnipotens sempiterne deꝰ qui humano generi ad imitandum humanitatis exemplum saluatorem nostrum carnẽ assumere ⁊ crucez subire voluisti: ɔcede ꝓpitiꝰ vt ⁊ patientie habere documẽta: ⁊ resurrectionis ɔsortia mereamur. Per eundem. Que sola dicat̃. Lcõ epistole ad phili. II.



Fratres hoc eni sentite in vobis quod ⁊ i chr̃o iesu: qui cũ in forma dei esset nõ rapinã arbitratus est esse se equalez deo: sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs in silĩtudinẽ hoĩum factꝰ ⁊ habitu inuentꝰ vt hõ humiliauit seipsuz factus

factꝰ obediēs vsq; ad mortē: mortem aūt crucis: ꝓpter q̄ ꝙ deꝰ illū exaltauit q̄ donauit illi nomen q̄ ē sup̄ omne nomē vt in nomine iesū omne genu flectat: celestiū: terrestriū q̄ infernoꝝ: q̄ omnis lingua confiteatur quia dominus iesus christꝰ in gloria est dei patris. ℟. Dextera tua dñe. Manuū tuarū tuarū fecerunt me. ℣. Quam bonus israel deus rectis corde: mei autem pene moti sunt: pedes pene effusi sunt gressus mei q̄ zelaui in peccatoribus pacē peccatorum videns. Tractus. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. ℣. Longe a salute mea verba delictoꝝ meoꝝ. ℣. Deus meus clamabo p diem nec exaudias q̄ nocte: q̄ non ad insipientiā mihi. ℣. Tu aūt in sancto habitas laus israel. ℣. In te sperauerunt pātres nostri sperauerūt q̄ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt q̄ salui facti sunt: in te speraue runt q̄ nō sunt cōfusi. ℣. Ego aūt sum vermis q̄ nō homo obprobriū hoīum q̄ abiectio plebis. ℣. Oēs q̄ videbant me aspernabant̄ me: locuti sūt labijs q̄ mouerūt caput. ℣. Sperauit in dño eripiat eū saluū faciat eum qm̄ vult eum. ℣. Ipsi vero cōsiderauerūt q̄ cōspexerunt me: diuiserunt sibi vestimēta mea: q̄ super vestem meā miserunt sortē. ℣. Libera me de ore leonis q̄ a cornibus vnicornium humilitatem meā. ℣. Qui timetis dñm laudate eum vniuersum semen iacob glorificate eū. ℣. Annunciabitur dño generatio ventura: q̄ annunciabunt celi iustitiā eius. ℣. Populo qui nascet̄ quem fecit dñs. ¶ Passio dñi absq; bñone. Et Bñs vob. Et luminaribus q̄ incenso absolute incipit. Nec rñdetur. Glia tibi dñe. Peruento tñ ad partē illam q̄ in tono euāgelij legitur benedictio petitur q̄ incensum portatur ad euangeliū: sed non sexta feria. ¶ Passio dñi nr̄i ie su christi Scōm matth. XXVI



In illo tēpore: Dixit dñs iesus discipulis suis. Scitis q̄ post biduum pascha fiet: et filiꝰ hoīs tradet̄ vt crucifigat. Tūc ꝯgregati sūt principes sacerdotū q̄ seniores pplī in atrium principis sacerdotū q̄ dicebat̄ caypha: q̄ cōsiliū fecerūt vt iesū dolo tenerent q̄ occiderēt. Dicebant aūt. Nō in die festo ne forte tumultꝰ fieret in pplo. Cū aūt esset iesus in bethania in domo simōis leprosi: accessit

ad eum mulier hñs alabastrũ vnguenti preciosi ⁊ effudit sup caput ipsius recũbentis: vidẽtes aũt discipuli indignati sunt dicentes. Ut qd perditio hec: potuit eni istud venũdari multo: ⁊ dari pauꝑibus. Sciẽs aũt iesus ait ill': qd molesti estis huic mulieri? opus eni bonũ opata ẽ in me. Nã semp pauꝑes hẽtis vobiscũ: me ãt nõ semp hẽbitis. Mittẽs eni hec vnguẽtũ hoc i corpus meũ ad sepeliendũ me fecit. Amen dico vobis: vbicũqꝫ predicatũ fuerit hoc euãgelium i toto mũdo dicet': ⁊ qd hec fecit i memoriã eius. Tunc abijt vnus de duodeci q dicebat' iudas scarioth ad pricipes facerdotũ: ⁊ ait ill'. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego vobis eũ tradã? At illi ꝯstituerũt ei trigita argẽteos: ⁊ exide q̃rebat oportunitatẽ vt eũ traderet. Pria ãt die azimoꝝ: accesserũt discipuli ad iesum dicẽtes. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? At iesus dixit. Ite in ciuitatem ad q̃ndã ⁊ dicit ei. Magr̃ dicit. Tẽpus meũ ꝓpe est: apud te facio pascha cũ discipul' meis: ⁊ fecerũt discipuli sicut ꝯstituit illis iesus: ⁊ pauerũt pascha. Uespere aũt facto: discũbebat cũ duodeciꝫ discipul': ⁊ edẽtibus ill' dixit. Amẽ dico vobis: qꝛ vnus vr̃m me traditur⁹ est ⁊ ꝯtristati valde ceperũt singuli dicere. Nunqd ego sum dñe? At ipse rñdẽs ait. Qui itigit mecũ manũ i parapside: hic me tradet. Fili⁹ qdẽ hoĩs vadit sicut scriptũ est de illo. Ue aũt hoĩ illi ꝑ quẽ filius hoĩs tradet'. Bonũ erat ei si natus nõ fuisset hõ ille. Rñdẽs ãt iudas q tradidit eũ dixit. Nũqd ego sũ rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cenãtib⁹ ãt ill': accepit iesus panẽ: ⁊ bñdixit ac fregit: ꝯditqꝫ discipul' suis ⁊ ait. Accipite ⁊ comedite: hoc ẽ corp⁹ meũ. Et accipiẽs calicẽ gr̃as egit ⁊ dedit illis dicens. Bibite ex hoc oẽs. Hic ẽ eni sanguis me⁹ noui testamẽti: q ꝓ multis effundet' i remissionẽ pcõꝝ. Dico aũt vobis: nõ bibã amõ de hoc genimine vitis vsqꝫ i illũ diẽ: cũ illud bibã vobiscũ nouũ in regno pr̃is mei. Et hymno dicto exierũt in mõtẽ oliueti. Tũc dicit ill' iesus. Oẽs vos scãdalũ patiemi i me i ista nocte. Scriptũ est eni percutiã pastorẽ: ⁊ dispgẽtur oues gregis. Postquã aũt resurrexero: ꝑcedã vos i galileã. Rñdẽs ãt petrus ait illi. Et si oẽs scandalizati fuerit in te: ego nũquaꝫ scãdalizabor. Ait illi iesus. Am̃ dico tibi: qꝛ in hac nocte añquã gallus cãtet: ter me negabis. Ait illi petr⁹. Etiã si oportuerit me mori tecũ nõ te negabo. Silr̃ ⁊ oẽs discipuli dixerunt. Tũc ve

nit iesus cum ill'in villā q̄ dicit
gethsemani: ⁊ dixit discipul' su-
is. Sedete hic: donec vadā illuc
⁊ orē. Et assūpto petro ⁊ duob⁹
filijs zebedei: cepit contristari ⁊
mestus esse. Tunc ait ill'. Tristis
est aīa mea vsq̄z ad mortē. Su-
stinete hic ⁊ vigilitate mecuz: ⁊
ꝓgressus pusillum: procidit in
faciē suam orans ⁊ dicens. Mi
pater: si possibile est transeat a
me calix iste. Verūtamē non si
cut ego volo: sed sicut tu. Et ve
nit ad discipulos: ⁊ inuenit eos
dormiētes Et dicit petro. Sic?
Non potuisti vna hora vigila
re mecū? Vigilate ⁊ orate: vt
non itretis in tentationē. Spiri
tus qdem promptus est: caro
autem īfirma. Iteruz secundo
abijt: ⁊ orauit dicens. Pr̄ mi: si
non potest hic calix trāsire nisi
bibā illum. Fiat voluntas tua.
Et venit iterꝝ ⁊ iuenit eos dor/
mientes Erant enim oculi eo/
rum grauati: ⁊ relictis illis ite-
rum abijt ⁊ orauit tertio eūdez
sermonem dicens. Tunc venit
ad discipulos suos: ⁊ dicit illis.
Dormite iam ⁊ reqescite. Ecce
appropiquabit hora ⁊ filius ho
mis tradetur in manus pctō-
rum. Surgite eamus. Ecce ap-
propiquabit: q me tradet. Ad-
huc ipso loq̄nte ecce iudas vn⁹
de duodeci venit: ⁊ cum eo tur
ba multa cū gladijs ⁊ fustibus:
missi a pr̄icipibus sacerdotuz ⁊
senioribus ppl'i. Qui aūt tradi-
dit eū: dedit ill' signum dicens.
Quēcūq̄z osculatus fuero: ipse
est tenete eū. Et confestim acce-
dēs ad iesū dixit. Aue rabi. Et
osculat⁹ est eum. Dixitq̄z illi ie
sus. Amice ad qd venisti? Tūc
accesserunt ⁊ man⁹ iniecerunt ī
iesum: ⁊ tenuerūt eum. Et ecce
vnus ex his q erant cuz iesu: ex
tēdens manum exemit gladiuz
suū: ⁊ ꝑcutiēs seruū pr̄icipis sa-
cerdotū amputauit ei auriculā
eius dexterā. Tūc ait illi iesus.
Conuerte gladiū tuū in locuz
suū. Oēs eni q acceperīt gladi-
um: gladio ꝑibūt. An putas q̄r
nō possum rogare pr̄em meū:
⁊ exhibebit mihi mō plus quaz
duodeci legiones angeloruz?
Qūo ergo īplebuntur scriptu-
re: q̄r sic oportet fieri. In illa ho
ra dixit iesus turbis. Tāquā ad
latronē existis cū gladijs ⁊ fusti
bus cōprehēdere me. Quotidie
apd̄ vos sedebā docēs ī tēplo:
⁊ nō me tenuistis. Hoc āt totuz
factū ē vt adiplerēt̄ scripture ꝓ
phetaꝝ. Tūc oēs discipuli reli-
cto eo fugerūt. At illi tenētes ie
sū: duxerūt eū ad cayphā pr̄ici-
pē sacerdotū: vbi scribe ⁊ senio-
res ꝯuenerāt. Petr⁹ āt seq̄bat̄
eū a lōge vsq̄z ī atriū p̄ncipis sa
cerdotū. Et īgressus intro: sede
bat cū mīstris vt videret finem.

Ad Cayphā

Principes ãt sacerdotũ ⁊ oẽ cõ
ciliũ q̃rebãt falsũ testimoniũ cõ
tra iesũ vt eũ morti traderẽt ⁊ ñ
inuenerũt cũ multi falsi testes
accessissent. Nouissime ãt vene-
rũt duo falsi testes: ⁊ dixerunt.
Hic dixit possum destruere tem
plũ dei: ⁊ post triduũ reedifica
re illõ. Et surgens princeps sacer
dotũ ait illi. Nihil rñdes ad ea
q̃ isti aduersũ te testificant? Je-
sus aũt tacebat. Et princeps sa
cerdotũ ait illi. Adiuro te p de-
um viuũ: vt dicas nobis si tu es
chr̃s filiꝰ dei. Dicit illi iesus. Tu
dixisti. Verũtñ dico vobis: am
mõ videbitis filiũ hois sedẽ-
tem a dextris vtutis dei ⁊ veni
entem i nubibus celi. Tũc prin-
ceps sacerdotũ scidit vestimen
ta sua dicens. Blasphemauit.
Quid adhuc egemꝰ testibꝰ? Ec
ce nũc audistis blasphemiam.
Quid vobis videt? At illi rñ-
dentes dixerũt. Reꝰ est mortis.
Tũc expuerũt in faciẽ eius: ⁊ co
laphis eũ ceciderũt. Alij aũt pal
mas i faciẽ eiꝰ dederũt dicẽtes.
Prophetiza nobis chr̃e quis est
q̃ te pcussit? Petrus vero sozis
sedebat i atrio: ⁊ accessit ad eũ
vna ancilla dicens. Et tu cũ ie
su galileo eras? At ille negauit
coꝝ oibus dicẽs. Nescio qd di
cis. Exeũte aũt illo ianuã vidit
eũ alia ancilla: ⁊ ait q erant ibi:
⁊ hic erat cũ iesu nazareno. Et
iterꝝ negauit cũ iuramẽto. Et
nõ nouꝰ hoiem: ⁊ post pusillum
accesserũt q stabant: ⁊ dixerunt
petro. Vere: ⁊ tu ex illꝭ es: nã et
loquela tua manifestũ te facit.
Tũc cepit detestari ⁊ iurare: q̃
nõ nouisset homiẽ. Et ꝯtinuo
gallus cãauit. Et recordatꝰ est
petrꝰ vbi iesu qõ dixerat: pusq̃
gallus cãet: ter me negabis.
Et egressus foras fleuit amare.
Mane ãt fcõ ꝯsiliũ inierũt oẽs
pncipes sacerdotuꝫ ⁊ seniores
pplũ aduersus iesũ vt eũ morti
traderẽt. Et victũ adduxerunt
eũ: ⁊ tradiderũt põtio pilato pñ
di. Tũc vidẽs iudas q eũ tradi
dit qõ dãnatꝰ esset penitẽtia du
ctus retulit triginta argenteos
pncipibꝰ sacerdotũ ⁊ seniorib⁹
dicẽs. Peccaui: tradẽs sangui
nẽ iustũ. At illi dixerũt: Quid
ad nos tu videris. Et piectis ar
gẽteis i rẽplo recessit: ⁊ abiẽs la
qõ se suspẽdit. Principes aũt sa
cerdotũ acceptis argẽteis dixe
rũt. Nõ lꝫ eos mittere in corbo
nã: q̃ pciũ sanguis ẽ. Cõsilio ãt
inito: emerũt ex illꝭ agrũ figuli i
sepulturã pegrinoꝝ: pp hoc vo
catus ẽ ager ille acheldemach
hoc̃ ager sanguis: vsq̃ i hodi
ernũ diẽ. Tũc ipletũ ẽ qõ dictũ
ẽ p hieremiã pphetã dicentez.
Et acceperunt triginta argẽteos p̃
ciũ appciati quẽ appciauerũt a
filijs isrl: ⁊ dederũt eos in agrũ

singuli: sicut constituit mihi dñs. Jesus ãt stetit añ psidẽ: & interrogauit eũ pses dicens. Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi iesus. Tu dicis. Et cũ accusaret a pncipib⁹ sacerdotum: & seniorib⁹: nihil rñdit. Tũc dicit illi pilat⁹. Nõ audis q̃nta aduersũ te dicũt testimonia? Et nõ rñdit ei ad vllũ vbũ ita vt miraret pses vehemẽter. Per diẽ ãt solẽnẽ cõsueuerat pses dimittere pplo vnũ vinctũ quẽ voluissent: bẽbat ãt tũc vinctũ isignẽ: q dicebat barrabas. Qui pp seditionẽ missus fuerat i carcerẽ. Cõgregatis ãt illis dixit pilat⁹. Quẽ vultis dimittaꝝ vobis: barrabã: an iesũ q dicit chm̃? Sciebat eni q̃ p inuidiaꝝ tradidissẽt eũ. Sedẽte ãt illo pro tribunali: misit ad eũ vxor eius dicẽs. Nihil tibi & iusto illi. Multa eni passa sũ hodie p visũ pp eũ. Principes ãt sacerdotũ & seniores psuaserũt pplis vt peterẽt barrabã: iesũ vo pderẽt. Rñdẽs ãt pses ait illis. Quez vultis vobis de duob⁹ dimitti? At illi dixerũt. Barrabã. Dicit illis pilatus. Quid igit faciã de iesu q dicit chm̃? Dicũt oẽs: crucifigat. Ait illis pses. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt dicẽtes. Crucifigat. Videns ãt pilat⁹ q: nihil pficeret: sz magis tumult⁹ fieret: accepta aqua lauit man⁹ coram oi pplo dicẽs. Innocẽs ego sũ a sãguie iusti huius vos videritis. Et rñdens vniuersus ppls dixit. Sãguis ei⁹ sup nos: & sup filios nr̃os. Tunc dimisit illis barrabã: iesũ ãt flagellatuꝝ tradidit eis vt crucifigeret. Tũc milites psidis suscipientes iesũ in ptorio congregauerũt ad eũ vniuersã cohortẽ: & exuẽtes eũ clamidẽ coccineã circũdederũt ei: & plectentes coronã de spinis: posuerũt sup caput ei⁹ & arũdinẽ i dextera ei⁹: & genuflexo añ eũ. Illudebãt ei dicentes. Aue rex iudeoꝝ. Et expuẽtes i eum: accepunt arũdinẽ: & percutiebãt caput ei⁹. Et postquã illuserũt ei exuerũt eũ clamidẽ. Et induerũt eũ vestimẽtis ei⁹: & duxerũt eũ vt crucifigerẽt. Exeũtes aũt inuenerũt hominẽ cyreneũ nomine simonẽ. Hũc ãgariauerũt vt tolleret crucẽ ei⁹. Et venerũt i locũ q dicit golgotha qđ ẽ caluarie loc⁹: & dederũt ei vinũ bibere cũ felle mixtũ. Et cũ gustasset: noluit bibere. Postq̃ aũt crucifixerũt eũ diuiserunt vestimẽta ei⁹: sortẽ mittẽtes: vt impleret qđ dictũ ẽ p pphetã dicẽtẽ. Diuiserũt sibi vestimẽta mea & sup vestẽ meã miserunt sortẽ: & sedẽtes seruabãt eũ. Et ipo posuerunt sup caput ei⁹ cãm ipsi⁹ scriptã. Hic ẽ iesus nazarenꝰ rex iudeoꝝ. Tũc crucifixi sũt cum eo duo latrones: vnus a dextris: &

vnus a sinistris. Pretereũtes autẽ blasphemabant eũ: mouẽtes capita sua ⁊ dicẽtes. Vach q destruis tẽplũ dei: ⁊ in triduo illud reedificas. Salua temetipsum: si filiꝰ dei es: descende de cruce. Silr ⁊ principes sacerdotũ illudẽtes ei cũ scribis ⁊ senioribus dicebãt. Alios saluos fecit: seipsũ non põt saluum facere. Si rex isrl est descẽdat nunc de cruce: ⁊ credimus ei. Cõfidit in deo: liberet euz nunc si vult. Dixit enĩ: qꝛ filius dei sum. Idipsum aũt ⁊ latrones q crucifixi erãt cuz eo ĩproperabant ei. A sexta aũt hora tenebre facte sũt sup vniuersaz terrã vsqꝫ ad horam nonã: ⁊ circa horã nonã clamauit iesus voce magna dicẽs. Hely hely lamazabathãi ? hoc est. Deꝰ meus: deꝰ meus vt qd dereliqsti me? Quidã autẽ illic stantes ⁊ audiẽtes dicebãt. Helyã vocat iste. Et ꝯtinuo currẽs vnus ex eis: acceptã spongiam ĩpleuit aceto: ⁊ ĩposuit arundini ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vo dicebãt. Sine: videamꝰ an veniat helyas liberãs euz. Jesus ãt iterꝫ clamans voce magna emisit spũm ✠ Et ecce velũ templi scissum ẽ in duas partes: a summo vsqꝫ deorsum: ⁊ terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊ monumẽta apta sunt: ⁊ multa corpora scõrum q dormierãt surrexerũt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionẽ eius venerũt in sanctã ciuitatẽ: ⁊ apparuerũt multis. Cẽturio aũt ⁊ q cum eo erãt custodientes iesuz: viso terremotu: ⁊ his q̃ fiebant timuerũt valde dicẽtes. Vere: filius dei erat iste. Erant aũt ibi mulieres multe a lõge q̃ secute erãt iesum: a galilea: ministrantes ei inter q̃s erat maria magdalẽa: ⁊ maria iacobi: ⁊ ioseph mater: ⁊ mr̃ filioꝝ zebedei. Cũ sero ãt factum esset: venit qdaz hõ diues ab arimathia noĩe ioseph: q ⁊ ipse discipulus erat iesu: hic accessit ad pilatũ: ⁊ petiit corpus iesu. Tunc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph ĩuoluit illud in sindone munda: ⁊ posuit illud in monumento suo nouo: quod exciderat in petra: ⁊ aduoluit saxũ magnũ ad hostiũ monumenti ⁊ abijt. Erat ãt maria magdalene ⁊ altera maria sedentes contra sepulchrum. Hic legitur in tono euangelij.

Altera ãt die q̃ est post parasceuẽ: conuenerũt principes sacerdotũ ⁊ pharisei ad pilatũ dicentes. Dñe: recordati sumꝰ qꝛ seductor ille dixit adhuc viuẽs: post tres dies resurgã. Jube ergo custodiri sepulchrũ vsqꝫ in diẽ tertiũ: ne forte veniãt discipuli eiꝰ ⁊ furent eum: ⁊ dicãt ple

bi surrexit a mortuis: et erit nouissimus error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiã: ite custodite sicut scitis. Illi autez abeuntes munierũt sepulchrũ: signantes lapidem cum custodibus. Credo in vnum deum. pa. dicitur. Offertorium.

Improperium expectauit cor meum et miseriam et sustinuit qui simul contristaretur et non fuit consolantez me quesiui et non inueni et dederunt in escam meam fel et in siti mea potauerunt me aceto. Secreta.

Concede quesumus domine vt oculis tue maiestatis munus oblatum: et gratiam nobis deuotionis obtineat et effectuz beate pennitatis acgrat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen. Prefatio. Qui salutem. Cõmunio.

Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Complenda.

Per huius domine operationem mysterij et vitia nostra purgentur et iusta desideria cõplcantur. Per dominum nrm iesum christum filium tuũ: Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Feria secunda. Introitus.



Iudica dñe nocẽtes me expugna impugnantes me apphẽde arma et scutum et exurge i adiutoriũ meuz dñe virtus salutis mee. ℣. Effunde framea et conclude aduersus eos qui me persequuntur. Oratio.

Presta qs omnipotẽs deus vt q in tot aduersis ex nra infirmitate deficimus interceden te vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spũs sancti deus: Per oia secula scl'oz. Amẽ

Lectio Esaie prophete. C.L.

Dixit esaias dominus deus aperuit mihi aurem: ego autẽ nõ contradico: retrorsũ nõ abij. Corpꝰ meũ dedi percutientibus et genas meas vellentibus. Faciẽ meã nõ auerti: ab increpãtibus et ɔspuẽtibꝰ in me: dñs deus auxiliator meus: et iõ non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam: et scio quoniam non cõfundar. Iuxta est qui iustificat me: quis cõtradicet mihi. Stemus simul. Quis est aduersarius meus: accedat ad me. Ecce

dñs deꝰ auxiliator meꝰ? Quis ē q ꝯtēnet me. Ecce oēs q̄si vesti mētū ꝯterent ⁊ tinea comedet eos. Quis ex vobis timēs do minū? Audiēs vocē serui eius. Quis ābulauit ī tenebris: ⁊ nō ē lumē ei. Spet ī noīe dñi: ⁊ ini tat sup dño deo. Immediate ī cipit epla. Lcō zacha. pp. C. XI



Hec dicit dñs deꝰ. Si bonū ē ī ocul' vr̄is afferte mercedē meā: ⁊ si ñ qescite. Et appende rūt mercedez meaz trigīta argenteis: ⁊ dixit dñs ad me ꝓij ce illō ad statuariū decoꝝ p̄ciū quo app̄ciatꝰ sum ab eis. Et tuli trigīta argenteos: ⁊ ꝓieci illos ī domo dñi ad statuariū. Et p̄ci di v̄gā meā secūdaz q̄ appella bat funiculꝰ vt dissoluerez ger manitatez īter iudā ⁊ isrl'. Et di xit dñs ad me. Ecce ego ponaz hierl'z sup liminare crapule oī bus ppl'is ī circuitu: sed ⁊ iuda erit ī obsidione ꝯtra hierl'm. Et hītabit hierl'z rursus: ī loco suo in hierl'm ⁊ saluabit dñs taber nacula iuda: sicut in p̄ncipio: ⁊ erit in die illa effūdā sup domū dauid: ⁊ sup hītatores hierl'z spi ritū gratie ⁊ p̄cū ⁊ aspicient ad me quez cōfixerūt ⁊ plāgent eū plāctu q̄si sup vnigenitū: ⁊ dole būt sup eū vt doleri solet ī mor te primogeniti. In die illa ma gnꝰ erit plāctꝰ ī hierl'm: sicut plā ctus ad remmon ī cāpo mage don ⁊ dicet ei: qd sūt plage iste ī medio manuuz tuaꝝ. Et dicet his plagatꝰ sū ī domo illoꝝ qui diligebāt me framea suscitare sup pastorem meum ⁊ sup virū coherentem mihi. Dicit dñs exercituū. Percute pastorez ⁊ dispgent oues. Et cōuertā ma num meā ad puulos ⁊ erunt in oī terra dicit dñs. Partes due ī ea dispgent: ⁊ deficient ⁊ ter tia ps reliquetur ī ea: ⁊ ducam tertiā partem p ignem: ⁊ vraz eos: sicut vritur argentum: ⁊ ꝓ babo eos sicut ꝓbatur aurum. Ipse īuocabit nomen meum ⁊ ego exaudiā eum. Dicā popu lus meus es ⁊ ipse dicet: domi nus deus meus Graduale.

Ego āt cū mihi molesti eēnt indue bā me cilicio ⁊ humiliabo in ieiunio aīam meā ⁊ oratio mea in sinu meo ꝯuertetur. ℣. Judica dñe noeētes me expugna īpugnātes me app̄hen de arma ⁊ scutū ⁊ exurge in adiuto riū mihi Tractꝰ vt supra. folio. 55. ſm Joā XII. C.



Ante sex dies pasche venit iesus bethaniā vbi Lazarꝰ fuerat mor tuus quem suscita uit iesus. Fecerunt āt ei cenā ibi: ⁊ mar

tha ministrabat: lazarus vero vnus erat ex discumbentib⁹ cuz eo. Maria ergo accepit libraz vnguenti nardi pistici p̄ciosi et vnxit pedes iesu ⁊ extersit capillis suis pedes ei⁹: ⁊ dom⁹ ĩpleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vn⁹ ex discipul' ei⁹ iudas scariothis: q erat eum traditurus. Quare hoc vnguentuz nõ venit trecentis denarijs ⁊ datum est egenis. Dixit ãt hoc ñ: qꝛ de egenis ad eum ꝑtinebat: sz qꝛ fur erat ⁊ loculos hñs: ⁊ ea q̃ mittebantur portabat. Dixit ergo iesus: sinite illã vt ĩ diez sepulture mee seruet illud. Paupes enĩ semꝑ vobiscum habetis: me ãt nõ semper habebitis. Cognouit ergo turba mlta ex iudeis qꝛ lazarus illuc est: ⁊ venerunt nõ ꝑꝑ iesum tãtum: sz vt lazaꝝ viderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt ergo pricipes sacerdotuz vt ⁊ lazaꝝ ĩterficerent qꝛ mlti propter illum abibãt ex iudeis: ⁊ credebãt ĩ iesum. In crastinuz autez turba mlta q̃ venerat ad diem festum: cum audissent qꝛ venit iesus hierosolymã: acceperunt ramos palmaꝝ: ⁊ ꝓcesserunt obuiam ei. Et clamabãt dicentes. Osãna bñdict⁹ q venit ĩ nomĩe dñi rex isrl' ⁊ inuenit iesus asellum ⁊ sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere filia syõ. Ecce rex tu⁹ venit tibi sedens super pullum asine. Hee non cognouerunt discipuli eius primum: sed qñ glĩficatus est iesus: tunc recordati sunt qꝛ hec scripta erãt de eo: ⁊ hec fecerunt ei. Testimoniuz ergo perhibebat turba q̃ erat cum eo: qñ lazaꝝ vocauit de monumento ⁊ suscitauit eum a mortuis. Propterea ⁊ obuiã vẽit ei turba: qꝛ audierunt eum fecisse hoc signuz. Pharisei vero dixerunt ad semetipsos. Uidetis qꝛ nihil ꝓficimus: ecce mundus totus post eum abijt. Erãt ãt gentiles qui dã ex his: q ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum: q erat a bethsaida galilee: ⁊ rogabãt eum dicentes. Dñe: volumus iesum videre. Uenit philippus ⁊ dicit andree. Andreas rursum ⁊ philippus dixerunt ad iesuz. Jesus ãt rñdit eis dicens. Uenit hora vt clarificetur filius hoĩs. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terrã mortuum fuerit: ipsum soluz manet. Si ãt mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat aĩam suã perdet eã: ⁊ qui odit aĩam suã in hoc mundo: in vitã eternã custodit eã. Si qs mihi ministrat: me sequatur. Et vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. Si qs mihi ministraue-

rit:honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est:& quid dicam? Pater salui/fica me ex hac hora:sed propterea veni in hanc horam. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo dicens. Clarificaui:& iterꝝ clarificabo. Turba ergo que stabat & audierat: dicebat tonitruum factum esse. Alij autem dicebant. Angelus ei locutus est. Respondit iesus & dixit. Non propter me vox hec venit:sed ꝓpter vos. Nunc iudicium est mundi:nunc princeps mundi huius ejicietur foras. Et ego si exaltatꝰ fuero a terra:oia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat:significãs qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege:quia christus manet in eternum:& quomodo tu dicis:oportet exaltari filiuꝫ hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est ambulate dum lucem habetis:vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris:nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem:vt filij lucis sitis. Hec locutus ẽ iesus:& abijt & abscõdit se ab eis.

Offertorium. Eripe me de inimicis meis domine ad te cõfugi: doce me facere voluntatem tuam:quia deus meus es tu.

Secreta. Hec nos sacrificia omnipotens deꝰ potenti virtute mũdatos:ad suum faciant puriores venire ꝓncipium. Per dominum nostrum.

Communio. Erubescant & reuereantur simul q gratulantur malis meis: induantur pudore & reuerentia qui maligna loquuntur aduersum me.

Complẽ. Prebeant nobis dñe diuinum tua scã feruorez:quo eoꝝ pariter & actu delectemur & fructu. Per dñm nr̃m iesuꝫ.

Super ppl'm. Oratio. Diuua nos deus saluta/ris noster:& ad beneficia recolẽda qbus nos instaurare digna tus es tribue venire gaudẽtes. Per dñm.

Feria.iij. Introi.



Nos autez gloriari oportet i cruce domini nostri iesu christi:in qꝫ est salus vita & resurrectio nostra:ꝑ quẽ saluati & liberati sumus. ℣ Deus misereat nostri & bñdicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

Oratio. Omnipotẽs sempiterne deus:da nobis ita dñice passio

nis sacramenta peragere: vt i-
dulgentiã pcipere mereamur.
Per eũdem dñm nr̃m iesum.
Lectio hieremie prophete. XI.



In diebus illis
dixit hieremi-
as. Dñe demonstra
sti mihi & cognoui.
Tu ondisti mihi stu
dia eor: & ego quasi
agnus mãsuetus q
portat ad victimã:
& nõ cognoui q̃ cogitauerũt su
per me cõsilia dicentes. Mittamus lignũ in panẽ eius: & eradamus eũ de terra viuentiũ: & nomẽ eius nõ memoret ampli
us. Tu aũt dñe sabbaoth q iudi
cas iuste: & pbas renes & corda:
de nostro. Vere dignum & iustum est equum & sa



luta re. Nos tibi semper & vbi q3 gratias a ge



re domine sancte pater omnipotens eterne deus



Per christum dominum nostrum. Per quē maiestatē tuā



laudant angeli: adorant domina ti o nes: tremunt po



testates. Celi celorunq; virtutes ac beata seraphin so



cia exultatione cōcelebrant. Cum quibus ⁊ nostras vo-



ces vt admitti iubeas deprecamur sup plici confes



si o ne dicentes.

Prefatio cū suo cātu dr quotidie a vigilia natiuitatis dñi vsq; ad ephiam: ⁊ in purificatiōe marie v̄ginis atq; in trāfiguratiōe dñi: ⁊ in die corporis xp̄i: ac etiam per totam octauaz sub solēni nota.



U E re dignū ⁊ iustum est equum ⁊ saluta



r e. Nos ti bi sem per ⁊ vbi q; gratias a ge



re domine sancte pa ter omnipotens e ter



Prefatio sub mediocri nota vt in officio. ix. lectio.



Pre
fatio sub
nota offi
cij. iij. lec.



deū cognoſcim⁹ p hūc in viſibilium amorem rapiamur.



Et ideo cum angelis ⁊ archangelis cum thronis ⁊ domi



nationibus. Cunctꝫ omni mi li ti a celeſtis exercitus



hymnum glorie tu e ca ni mus ſi ne ſi



¶ Prefatio cum ſuo cantu dicitur in epiphania domini ⁊ per totam octauam ſub ſolenni nota.

ne di cen tes.



Eterne de us. Quia cū vnigenit⁹ tuus in



ſubſtātia nr̄e mortalitatis ap paruit: noua nos imortali



tatis ſu e lu ce repara uit. Et i deo cū angelis ⁊



archangelis cum thronis ⁊ dominatio nibus. Cun



omni militia celestis exer citus:hym num glorie tu e



canimus si ne si ne di centes.



Eterne de⁹. Quia cū vnigēitus tu⁹ in substātia



nostre mortalitatis apparuit:noua nos imortalitatis sue



luce repa rauit. Et ide o cum angelis ⁊ archan



ge lis cum thro nis ⁊ do mi na tioni bus.



Cunque om ni militia celestis ex er ci tus:

¶ Prefatio sub nota mediocri.



¶ Prefatio sub nota officij triuz lec.

hymnū glorie tue canimus sine si ne dicentes.



Eterne deus. Quia cum vnigenitus tuus in



substantia nostre mor ta li ta tis ap pa ruit:



nona nòs immortalitatis sue luce reparauit. Et ideo



cū angelis r archangelis cū thronis r dominationibus.



Cunctz om ni mi li ti a ce le stis ex er ci tus:



hymnum glo ri e tu e ca ni mus si ne



¶ Prefatio cū suo cantu dicitur quotidie in quadragesima vsqz in dominicā palmaruz nisi in missa de festo si occurrat agatur.

si ne di cen tes.


Eterne de us. Qui cor po ra li ie iu nio
vitia comprimis: mentem eleuas: virtutem largiris ⁊
premia. Per christuz dominum nostrum. Per qnē maie
statem tuā laudant angeli adorant dominationes: tremūt
po te sta tes. Ce li ce lo rumqꝫ vir tutes ac
bea ta seraphin so cia exultatione concelebrant. Cum
quibus ⁊ nostras voces: vt admitti iubeas deprecamur
sup pli ci confessio ne dicentes.

¶ Prefatio feriatis dieb⁹.



Eterne de⁹. Qui corporali ieiunio vitia cōprimis:



mentē eleuas: virtutē largiris ⁊ premia. Per xp̄m dn̄m



nostrū. Per quē maiestatē tuā laudāt āgeli: adorāt domi



tiones: tremunt potestates. Celi celorumq; vir tutes: ac



beata seraphin socia exultatione ꝓcelebrāt. Cū quibus ⁊



nostras voces vt admitti iubeas deprecamur sup pli ci



con fessio ne di cen tes.

¶ Prefatio de passione domini: ⁊ in die cene domini: ac de sancta cruce sub solenni nota.



Eter ne deus. Qui salutem hu ma ni


ge ne ris in li gno crucis conſtitui ſti: vt vnde
mors oriebatur: inde vi ta re ſur ge ret.
Et qui per li gnum vin ce bat: in li
gno quoq; vincere tur. Per chriſtum
do mi num no ſtrum. Per qu em ma
ieſtatem tuam laudant ange li: ado rant
do mi na ti o nes: tre munt po te ſta
tes. Ce li ce lo rumq; vir tu tes ac beata









℣ Prefatio sub mediocri nota vt in officio nouem lectionum.











christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuã
laudant angeli: adorant dominationes: tremũt potestates.
Celi celorumq; virtutes ac beata seraphin socia exul
ta tio ne concelebrant. Cum quibus et nostras vo ces
vt ad mit ti iu be as de pre ca mur sup
pli ci confessio ne vi cen tes.
Eterne de9. Qui sa lu te humani generis
in ligno crucis cõstituisti: vt vnde mors oriebat: inde vita

¶ Prefatio sub nota trium lectionum.



resurgeret. Et qui per lignū vincebat:in ligno quoq; vin



ceretur Per xp̄m dominū nostrū. Per quē maiestatē tuā



laudāt angeli:adorant dominationes:tremūt potestates.



Ce li ce lo rumq; vir tu tes ac be a ta sera



phin so ci a ex ul tati o ne concelebrant.



Cum quibus ⁊ nostras voces vt admitti iubeas depre



¶ Prefatio cū suo cāru diq̄tidie a vigilia pasche vsq; ad ascēsiōez nisi alia assignat sub solēi nota.

camur supplici cōfessione dicētes.



Equum ⁊ saluta re. E quidē domine omni


rem poze: sed in hoc potissimum die glo zio si us
predi care: cum pascha no strum im molatus est
christus. Ipse enim verus est agnus qui ab stu lit
pec cata mun di. Qui mortem nostram mo riendo
de struxit: et vi tam resurgendo repara uit.
Et i deo cum an ge lis et ar
changelis cum thronis z do mi na tio nibus.
Cunque oi milicia celestis exer citus hymnum glorie



Prefatio sub mediocri nota vt i officio. ix. lec.

tu e canim⁹ si ne si ne di cen tes.



Equum ⁊ sa lu ta re. Te quidem domine



om ni tem pore sed in hoc potissimum die



gloriosius predicare: cū pascha nostrum immolatus est



christus. Ip se enim ve rus est ag nus qui ab stulit



pec cata mundi. Qui mortem nostram mo



ri en do de stru xit: ⁊ vi tam re sur gen do



repara uit. Et ide o cum angelis ⁊ archangelis cum

thronis ꝛ dominationibus. Cunqꝫ

omni militia celestis exercitus hymnuꝫ glorie

tue canimus sine fine dicentes.

Prefatio sub nota officij trium lectionuꝫ.

Equum ꝛ salutare. Te quidem domine omni

tempore sed in hoc potissimum gloriosius predicare

cum pascha nostrum immolatus est christus. Ipse

enim verus est agnus qui abstulit peccata mundi. Qui

mortẽ nr̃aꝫ mortẽ do destruxit: ꝛ vitã resurgẽdo reparauit.



Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis ꝛ domi



nationibus. Cuncꝫ omni militia celestis exercitꝰ: hymnū



¶ Prefatio cū suo cātu of i die ascēsionis: deiceps vsqꝫ ad vigiliā pēthecostes sub solenni nota.



Eter ne deus p̄ christum dominū nostrum.



Qui post re sur re ctio nem su am omnibus discipulis



suis manifestus ap paruit :ꝛ ip sis cer nen ti bus



est eleuatus in celum: vt nos di ui ni tatis



su e tri bue ret es se par ti ci pes.


Et i deo cum angelis ⁊ archan gelis cum
thronis ⁊ dominatio nibus. Cum quoꝫ omni mi li tia
celestis exer citus: hymnum glorie tu e canimus
Prefatio sub mediocri nota vt i offi cio. ix. lectio.
si ne si ne di cen tes.


Eter ne de us Per christum do mi num
no strum. Qui post re sur re ctionem su am om
ni bus di sci pu lis su is ma ni fe stus appar
ruit: ⁊ ipsis cernentibus est eleuatus in celum vt nos



di ui ni ta tis sue tribueret es se par ti ci pes.



Et i deo cum an ge lis z ar chan ge lis cum



thronis z do mi na tio ni bus. Cumq; om ni



mi li tia ce le stis ex er ci tus hymnū glo rie



¶ Prefatio sub nota officij trium lectionum.

tu e canimus sine fi ne dicētes.



Eterne deus Per christum dominum nostrum.



Qui post resurrectionē suaz oibus discipulis suis mānifest⁹



apparuit: z ipsis cernentibus est elevatus in celuz: vt nos



vi ni ni ta tis ſue tribueret eſ ſe par ti ci pes. Et



ideo cum angelis ⁊ archangelis cum thronis ⁊ domina



tionibus. Cumq; omni militia ce le ſtis exer ci tus



hymnum glo rie tue ca ni mus ſi ne ſi ne



¶ Prefatio cum ſuo cantu dicitur a vigilia penthecoſtes vſq; ad octauam: ⁊ q̃n celebratur ſolenniter de ſpiritu ſancto.

vi cen tes.



Eter ne de⁹. Per chriſtū dominū noſtrū.



Qui aſcendens ſuper om nes celos: ſedensq; ad dex



terā tuā promiſſum ſpiritū ſanctū hodierna die in fi lios



¶ Prefatio ſub mediocri no ta: vt in officio. ix. lectionum.





adoptionis effudit. Qua propter



propfusis gaudijs totus in orbe



terrarum mundus exultat. Sed z



superne virtutes atqz angelice potestates hymnum glo



Prefatio sub nota trius lectionum.

rie tu e concinunt fine fi ne di cen tes.



Eterne deus Per christum dominum nostruz.



Qui ascendes su per omnes celos :se denszq ad



dexteram tuaz promissuz spiritum sanctum in filios ado


ptionis effudit. Qua propter profusis gaudijs to tus
in orbe terrarum mundus exultat. Sed ꝛ superne
vir tu tes at ꝙ an ge lice potestates hymnum
glo ri e tu e con cin nunt si ne si ne
¶ Prefatio dicitur in missa sancte trinitatis tantum sub solenni nota.
di cen tes.


Eter ne deus. Qui cum vnigenito si lio
tuo ꝛ spiritu sancto vn⁹ es deus: vn⁹ es domin⁹ nō in
vnius singularitate persone: sed in vni us trinita te sub


ſtan ric. Quod enim de gloria tua reuelante te
credimus hoc de fi lio tuo: hoc de ſpiritu ſancto ſine
differentia diſcretionis ſenti mus vt in confeſſione ve
re ſempiterneq; dei ta tis: & in perſonis proprietas:
& in eſſentia vnitas: & in maieſtate adore tur equalitas
Quã laudant an ge li ado rant domina
ti o nes: tre munt poteſtates. Ce li ce lo
rumq; vir tu tes ac beata ſerapbin ſo







Prefatio ſub mediocri nota vt in officio nouem lectionum.












ve gloria tua reuelante te credimus hoc ve fi li o
tu o: hoc ve spi ri tu sancto sine differentia discre
ti o nis sen ti mus: vt in con fes si o ne
ve re sem pi ter ne ℣ dei tatis: ℟ in
personis proprietas: ℟ in essen tia vnitas: ℟ in maiesta te
a do re tur equa li tas. Quam laudant an ge li:
adorant do mi na tio nes: tremunt po te states.
Ce li, ce lo rumq; vir tu tes ac beata seraphin







¶ Prefatio sub nota feria li vt in officio triuz lectionū.









Quod enim de gloria tua reuelante te credimus hoc de


fi lio tuo: hoc de spiritu sctō sine differentia discretionis
sentimus: vt in confessione vere sempiterneq; deitatis: ⁊
in psonis proprietas: ⁊ in essentia vnitas: ⁊ in maiestate
adoretur equalitas. Quam laudant an ge li: adorant
do mi na tio nes: tremunt potestates. Celi celorumq;
virtutes ac be a ta se ra phin so cia exultatione
con ce le brant. Cum qui bus ⁊ no stras vo
ces vt admiti iubeas deprecamur sup pli ci con



¶ Prefatio cum suo cãtu dr̃ i oib⁹ solẽnitatibus btẽ virginis: excepta purificatione ⁊ infra octauã ea ꝛ dr̃. Etiaꝫ si d̃ aliq̃ festo ifra illas agatur: silr̃ in diebus sabbati qñ maior missa de btã v̄gine celebrat̃ sub solẽni nota.

fes siõe dicẽtes.



Eter ne deus. Et te in N.



beate marie semper virginis collau dare bene



di ce re ⁊ predi care. Que ⁊ vnigenitum tuum



sancti spi ri tus obumbratione con cepit ⁊



vir gi ni ta tis gloria perma nen te lu-



men eter nũ mũdo effũ dit iesum christũ do mi-



num nostrum. Per qu em maiestatem tuã laudant an



¶ Prefatio ſub me diocri nota: vt in offi cio. ix. lectionum.



ſpirit⁹ obūbratione concepit ⁊ virgitatis gloria ꝑmanēte



lumen eternuꝫ mundo ef fudit ieſum chriſtum dominuꝫ



noſtrum. Per quem maieſtatem tuam laudant an geli:



adorant dominationes:tremunt poteſtates. Ce li ce/



lorumq; virtutes ac beata ſeraphin ſocia exultatione



concelebrāt. Cuꝫ qbus ⁊ noſtras voces vt admitti iubeas



℣ Prefatio ſub nota me/diocri.

deprecamur ſupplici confeſſione dicentes.



Eter ne deus. Et te in



beate marie semp̄ v̄ginis collaudar̄ bn̄dicer̄ ⁊ predicare.



Que ⁊ vnigenitū tuū scti spūs obūbratiōe cōcepit: ⁊ v̄gi



nitatis gl̄ia p̄manēte lumē eternū mūdo effudit iesuꝫ xp̄ꝫ



dominū nostrum. Per quē maiestatem tuā laudāt angeli



adorāt dominationes: tremunt potestates. Celi celorūq̄



virtutes ac beata seraphin socia exultatione ꝯcelebrāt:



Cum quibus ⁊ nostras voces vt admitti iubeas de pre



¶ Prefatio sub nota officij triūm lectionū.

camur supplici confessione dicentes.


Eterne deus. Et te in
beate marie semper vir gi nis collaudare
benedicere ꝛ predicare. Que ꝛ vni ge ni tum
tu um sancti spi ri tus obum bra ti o ne
con ce pit ꝛ virgini ta tis gloria perma nente
lu men eternum mundo es fu dit iesum christū
do mi num no strū. Per quē ma ie statem
tu am lau dant angeli adorant dominationes: tre



munt poteſtates. Ce li ce lo rumq; vir tutes



ac beata ſeraphin ſo cia exul ta tio ne



con ce le brant. Cum quibus ⁊ noſtras voces



vt ad mitti iubeas deprecamur ſupplici confeſſione



¶ Prefatio cum ſuo cantu dicitur in omnibus feſtis apoſtolorum ⁊ euangeliſtarum ⁊ per octauas earum. Etiam ſi de alio feſto infra illas agatur. Et hoc vbi ppria nō aſſignat ſub ſolēni nota

dicentes.



Equum ⁊ ſa lu ta re. Te do mi ne ſup



plici ter exo ra re: vt gregem tuū paſtor eterne non



deſeras: ſed per beatos apoſtolos tuos con tinua procte-



¶ Prefatio ſub mediocri nota vt in officio nouem lectionum.


Equum z ſa lu ta re. Te domine
ſup pli ci ter exorare: vt gregem tuum paſtor eter
ne non deſeras: ſed per beatos apoſtolos tuos con
ti nua pro cte tione cuſtodias. Ut biſdem re
ctoribus gubernetur: quos operis tui vica
ri os e i dem con tu li ſti pre eſ ſe
pa ſto res. Et i de o cum an ge
lis z archangelis cum thronis z dominationibus.



Cunctis omni mi li ti a celestis exer ci tus hymnum

¶ Prefatio sub nota offi cij trium lec.

glorie tu e canimus si ne fine dicentes.



Equum et sa lu ta re. Te deo mi ne

sup pliciter exo ra re: vt gregem tuum pastor

eterne non deseras: sed per beatos apo sto los

tu os con ti nua protectione cu sto di as.

Ut hisdem rectoribus gu berne tur: quos ope

ris tui vicarios eidem contulisti preesse pastores.


Et ideo cum angelis z archangelis cum thrò
nis z vo mi na ti o ni bus. Cumq; omni
mi li ti a ce le stis exercitus hymnum glo
zi e tue ca ni mus sine fi ne di cen tes.
℣ In festo maio zi duplici
Re mus pre ce ptis sa lu ta ribus
mo ni ti: z di ui na instituti one formati au demus
di ce re. Pa ter no ster qui es in ce lis sancti
fi ce tur nomen tuum. Adueniat regnum tuum.



¶ Sub nota me diocri.





ſi ce tur nomen tuum. Adueniat regnum tuum.



Fi at voluntas tua ſicut in celo ꝛ in terra.



Pa nem noſtrum quo ti dianum da nobis



hodie. Et di mit te no bis de bi ta noſtra.



ſi cut ꝛ nos dimittimus debi to ri bus noſtris.



Et ne nos inducas in ten ta tio nem.

¶ Sub nota triũ lectionũ ꝛ feriali.



Re mus preceptis ſalutaribus moniti: ꝛ



diuina inſtitutione formati audemus di ce re.



℣ In feſto maiori dupli ci ſequitur.


In festo maiori ouplici.
Te missa est.
Aliud
Loria in ex cel sis de o.
Te benedicti z electi in viam pacis pro
vo bis de o pa tri bo sti a missa est.
Aliud
Te mis sa est
De domina solenne.
Lo ria in ex cel sis de o.
Alia de domina minus solennia que etiã canũtur de virginibus.
Te mis sa est.
Loria in ex cel sis deo.
Te missa est.


Lo ria in ex cel sis de o
Te missa est.
Lo ria in ex cel sis de o.
Te mis sa est.
Loria in excelsis deo. Te missa est.
In of ficio triū lectionū de dña.
E ne di ca mus do mi no.
De apostolis.
Lo ri a in ex cel sis de o.
Te mis sa est.


Lo ri a in excelsis deo.
¶ De martiribus.
Te mis sa est.
¶ Aliud de martyribus.
Te mis sa est.
¶ De cõfessoribꝰ gloria vt solenne.
Te mis sa est.
¶ In officio trium lectionus de ꝓfessoribus.
Te mis sa est.
¶ dominicale.
E ne di ca mus do mino.
¶ Aliud dominicale.
Lo ria in ex celsis de o.
Loria in excel sis deo.
te missa est
¶ Dominicis diebus i quadragessima.
E ne dicamus do mi no.



Diebus ferialibus in quadrageſima.



Aliis diebus ferialibus.



Dominicis dieb⁹ in aduẽtu.



Tempore paſche.



Tempore paſche.



In officio paſchali triuꝫ lec.





Maius ſolẽne de beata virgine.



¶ In sumis festis.



¶ In festis cum pleno officio.



¶ Dominicis diebus totius anni.




I·N·R·I





TE igit̃ cle-mẽ-tissi me pa-ter p iesuz chri stũ fi lium tuuz dñm nr̃m: supplices rogam⁹ ac petim⁹: vti accepta habeas ⁊ bñ dicas. Hec ✠ dõa Hec ✠ mũera. Hec san ✠ cta sacrificia illibata. In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica quã pacificar̃: custodire: adũare: ⁊ regere digneris: toto orbe ter





raꝝ: vna cũ famlo tuo papa nr̃o. N. ⁊ ãtistite nr̃o:
N. ⁊ rege nr̃o. N. ⁊ oĩb⁹ orthodoxis atq; eatholi
ce ⁊ apostolice fidei cultorib⁹. Memento dñe fa/
muloꝝ famularũq; tuaꝝ. Memoria viuorũ. Et
oĩm circũastãtiũ quoꝝ tibi fides cognita est ⁊ nota
ꝺuotio: pro qb⁹ tibi offerim⁹: vl' q tibi offerũt hoc
sacrificiũ laudis: pro se suisq; oĩb⁹: ꝓ r̃dẽptiõe ani
maꝝ suaꝝ: pro spe salutis ⁊ icolumitatis sue tibi red
dũt vota sua eterno deo viuo ⁊ vero. Cõmunicã
tes ⁊ memoriã venerãtes: i p̃mis gl̃iose semꝑ virgi
nis marie genitricis dei: ⁊ dñi nr̃i iesu xp̃i. Sed ⁊
beatorũ apl̃oꝝ ac martyꝝ tuoꝝ Petri Pauli An
dree Iacobi Ioãnis Thome Iacobi Philip
pi Bartholomei Mathei Simonis et Thadei
Lini Cleti Clemẽtis Sixti Cornelij Cipriani
Laurẽtij Crisogoni Ioãnis ⁊ Pauli Cosme ⁊
Damiani Et omniũ sctõrũ tuoꝝ quoꝝ meritis p̃
cibusq; ꝯcedas: vt i oĩb⁹ semꝑ prote✠ctionis tue
muniamur auxilio. Per eũdẽ xp̃m dñm nr̃m amẽ.
Hãc igit' oblationẽ seruitutis nr̃e: sed ⁊ cũcte fami
lie tue q̃s dñe vt placat⁹ accipias: diesq; nr̃os i tua
pace dispõas: atq; ab eterna dãnatiõe nos eri✠pi:
⁊ i electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Per chri
stũ dñm nr̃m amẽ. Quã oblationẽ tu de⁹ i oĩbus
q̃sumus Bene✠dictã Asscri✠ptã Ra✠tã Ra/
tionabilẽ acceptabilẽq; facere digneris: vt nobis
Cor✠pus ⁊ San✠guis fiat dilectissimi filij tui
dñi nr̃i iesu xp̃i. Qui pridie q̃ pateretur accepit
panẽ in sanctas ac venerabiles manus suas: ⁊ ele/

uatis oculis in celum ad te deū patrē suū oīpoten
tē: tibi gr̄as agēs Bene ✠ dixit Aregit dedit disci
pulis suis dicēs. Accipite ⁊ mādūcate ex hoc oēs.
Hoc est eni corp⁹ meū. Simili mō postq̄ cenatū ē.
Accipiēs ⁊ hūc p̄clarū calicē in sanctas ac venera
biles manus suas: item tibi gratias agens Bene ✠
dixit dedit discipulis suis dicens. Accipite ⁊ bibi
te ex eo omnes. Hic est enim calix sanguinis mei
noui ⁊ eterni testamenti: mysterium fidei: qui pro
vobis ⁊ pro multis effundetur in remissionez pec
catorum. Hec quotienscunqz feceritis in mei me/
moriaz facietis. Unde ⁊ memores dñe nos serui
tui: sed ⁊ plebs tua sancta eiusdez christi filij tui do
mini dei nostri: tam btē passionis necnon ⁊ ab infe
ris resurrectionis: sed ⁊ in celos gloriose ascensio/
nis offerimus p̄clare maiestati tue: de tuis donis
ac datis Hosti ✠ am puraz Hosti ✠ am scām Ho
sti ✠ am immaculataz Pa ✠ nem sctm̄ vite eterne ⁊
Cali ✠ cez salutis perpetue. Supra que propitio
ac sereno vultu respicere digneris ⁊ accepta hr̄e:
vti accepta hr̄e dignatus es munera pueri tui iu/
sti abel: ⁊ sacrificium p̄riarche nr̄i abrae: ⁊ quod ti/
bi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sā
ctum sacrificiuz: immaculatam hostiam. Suppli/
ces te rogamus op̄s deus iube hec p̄ferri p̄ manus
sci angeli tui in sublime altare tuū in cōspectu diui
ne maiestatis tue: vt quotquot ex hac altaris parti
✠ cipatione sacro sanctum filij tui cor ✠ pus ⁊ san
✠ guinez sumpserimus: omni bene ✠ dictione cele/

sti ⁊ gratia repleamur. Per eūdē xp̄m dn̄m nr̄m.
Memento etiam dn̄e famulorū famularūq; tua
rū. N. q̄ nos precesserūt cū signo fidei: ⁊ dormiūt
in sōno pacis. Hic noīa mortuorū recita. Ip̄is
domine: ⁊ omnibus in christo quiescentibus: locū
refrigerij lucis ⁊ pacis: vt idulgeas deprecamur.
Per eundem christum dn̄m nostrum amen. No/
bis quoq; peccatoribus famulis tuis de multitu/
dine miserationum tuarum sperantibus ptem ali/
quam: ⁊ societatem donare digneris cum tuis san
ctis apostolis ⁊ martyribus: cū Ioāne Stephāo
Mathia Barnaba Ignatio. Alexādro Marcel/
lino Petro Felicitate Perpetua Agatha Lu/
cia Agna Cecilia Anastasia. Et cum omnibus
sanctis tuis Intra quorum nos consortium non
estimator meriti: sz venie quesumus largitor admit
te. Per christum do. no. Per quē hec omnia dn̄e
semp bōa creas San✝ctificas Viui✝ficas Bn̄
✝dicis et prestas nobis Per ip✝sum ⁊ Cum ip
✝so et In ip✝so. est tibi deo✝ patri omnipoten/
ti in vnitate✝ spiritussancti omnis honor ⁊ gloria.
Per oīa scl̄a scl̄or. Orem⁹. Preceptis salutarib⁹ mōiti:
⁊ diuina istitutiōe formati audem⁹ dicer̄. Pr̄ noster q̄ es i
celis scificet̄ nomē tuū. Aduēiat r̄gnū tuū. Fiat volūtas tua
sic̄ i celo ⁊ i terra. Panē nr̄m quotidianū da nob̄ hodie. Et di
mitte nob̄ d̄bita nr̄a: sic̄ ⁊ nos dimittim⁹ d̄bitorib⁹ nr̄is. Et
ne nos iducas i tentationem. Sz libera nos a malo. Amen.
Libera nos q̄s dn̄e ab oīb⁹ malis preteritis: pre/
sentib⁹ ⁊ futuris: ⁊ itercedēte btā ⁊ gl̄iosa semp vir

gine dei genitrice Maria: 7 btis aplis tuis. Petro 7 Paulo atqz Andrea: cum omnibus sanctis tuis Da propitius pacez i diebus nris vt ope mie tue adiuti: 7 a pcō simꝰ semp libi et ab oi ptur + batione securi. Per eundem dñm nrm ihesuz xp̄m filiū tuuz Qui tecum viuit 7 regnat i vnitate spiritusci deꝰ. Per oia scla sclorz. Par + oñi sit + sp vo + biscū Agnꝰ dei



qui tollis pctā mundi miserē nob. Agnꝰ dei q̄ tol lis pctā mundi miſere nob. Agnꝰ dei q̄ tollis pec cata mundi. dona nobis pacem. Pro defun ctis dicatur. Dona eis requiem sempiternaz. Fiat conmixtio et consecratio corporis et sangui nis domini nostri ihesu christi accipientibus nobis i vitā eternā amē. Ad pacem osculando dicit. Do mine ihesu christe qui dixisti apostolis tuis: pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis: ne respicias peccata mea: sz fidez ecclie tue: eamqz secundum voluntatem tuam pacificare: custodire: adunare: 7 regere digneris. Qui cum deo patre 7 spiritu sancto viuis ac regnas: Hic eleuet se et oscu letur altare dans pacez ministro dicēs. Pax tecuz et ecclesie vade in pace. Habete vinculuz pacis et charitatis vt apti sitis sacro sanctis mysteriis xpi. Dñe ihesu christe qui ex voluntate patris coopante spiritu sancto: per mortem tuam mundum viuifi casti: libera me q̄so per hoc sacro scm corpus et san guinem tuum: ab omnibus iniquitatibus meis: et fac me tuis obedire mandatis et nunq̄ a te separa ri permittas. Qui cū deo i vnitate eiusdē spiritꝰ sancti

vinis ꝛc. Quibus dictis erigens se et reuerenter accipiens patenam dicat. Panem celestem accipiam ⁊ nomẽ dñi inuocabo. Deinde dicat ter Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sꝫ saluum me fac ⁊ saluus ero: quoniaꝫ laus mea tu es. Hic recipiat corpus domini ⁊ dicat Corpus domini nostri ihesu christi: custodiat animam meaꝫ in vitam eternaꝫ amen. Hic accipiat calicẽ ⁊ dicat cum reuerentia. Quid retribuam dño pro oibus que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam ⁊ nomen dñi inuocabo. Laudans inuocabo dñm: ⁊ ab inimicis meis saluus ero. Hic sumat sanguinẽ ⁊ dicat. Sanguis dñi nostri ihesu christi custodiat animam meam in vitam eternam amen. Postꝯ manducauerit dicat. Quod ore sumpsimus dñe: pura mente capiamus: ⁊ de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Alia oratio. Corpus tuum dñe quod sumpsi: ⁊ sanguis quẽ potaui: adhereat visceribus meis ⁊ presta: vt in me nõ remaneat scelerum macula: quem pura et sancta refecerunt sacramẽta. Qui vi. ꝛc. Antecꝯ dicat. Dñs vobiscum: osculetur altare. Item cantãdo Ite missa est. Vel Benedicamus domino. Qua cõpleta benedicat populum ⁊ secreto dicat hãc orationem. Placeat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis mee ⁊ presta: vt hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtuli tibi sit acceptabile: mihiqꝫ ⁊ omnibus pro quibus illud obtuli sit te miserante propitiabile. Per christum dominum.







Dñica. j. post penthecosten de q̃ agit̃ feria. ij. post trinitatis vel alia feria ꝯuenienti alio festo. ix. lec. ipediẽte scd̃az fer. it.



Dom ine i tua misericordia spaui exultauit cor meũ i salutari tuo cãtabo dño q bona tribuit mihi. Usqzquo dñe obliuisceris me i finem vsqzquo auertis faciem tuã a me.

Oratio.

Deus in te spantiũ fortitudo adesto ꝓpitiꝰ inuocatiõibus nr̃is: ⁊ qꝛ sine te nihil p̃t mortal' infirmitas p̃sta auxilium gr̃e tue: vt in exeq̃ndis mãdatis tuis ⁊ volũtate tibi ⁊ actiõe placeamꝰ. Per. Joãnis apostoli. IIII. Prime epistole.

Charissimi deꝰ charitas est. In hoc appuit charitas d̃i i nobis: qm̃ filiũ suũ vnigenitũ misit deꝰ in mũdũ vt viuamus ꝑ eũ. In hoc ẽ charitas: nõ q̃si nos dilexerimꝰ deũ: sz qm̃ ipse p̃or dilexit nos. Et misit filiũ suũ ꝓpitiationẽ ꝓ pctis nr̃is.



Charissimi: si sic deꝰ dilexit nos ⁊ nos dēmꝰ inuicē diligere. Deū nemo vidit vnq̄ꝫ. Si diligamꝰ inuicē: deꝰ in nob̄ manet: ⁊ charitas eiꝰ in nob̄ ꝑfecta ē. In hoc intelligimꝰ qm̄ in eo manemꝰ ⁊ ip̄e in nobis qm̄ de spū suo dedit nob̄. Et nos vidimꝰ ⁊ testificamur: qm̄ pater misit filiū suū saluatorem mūdi. Quisqs cōfessus fuerit qm̄ iesus ē filius dei: deus in eo manet ⁊ ip̄e in deo. Et nos cognouimꝰ ⁊ credimus charitati quā hēt deus in nobis deꝰ charitas ē. Et q manet in charitate: in deo manet ⁊ deus in eo. In hoc ē ꝑfecta charitas nobiscuꝫ vt fiduciā habeamꝰ in die iudicij: qm̄ sicut ille est: ⁊ nos sumꝰ in hoc mūdo. Timor nō est in charitate. Sed ꝑfecta charitas foras mittit timorē: qm̄ timor penaꝫ hēt. Qui aūt timet nō est ꝑfectus in charitate. Nos ergo diligamꝰ deū: qm̄ deꝰ prior dilexit nos. Si qs dixerit qm̄ diligo deū: ⁊ frēm suū oderit: mendax ē. Qui em̄ nō diligit frēm suū quē videt: deū quē nō videt quomodo pōt diligere? Et hoc mādatū habemꝰ a dō: vt q diligit deū diligat ⁊ frēꝫ suū. Gra.

Ego dixi domine miserere mei sana aīam meam qꝛ peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit sup egenum ⁊ paupem in die mala liberabit eū dominū. Alla. ℣. Uerba mea auribꝰ ꝑcipe dñe itellige clamorē meū. Euāgeliū secunduꝫ lucā. XVI.

Homo quidam erat diues ⁊ induebat purpura. fo. 47. Offe.

Intende voci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secreta.

Hostias nr̄as dñe tibi dicatas placatus assume: ⁊ ad ꝑpetuū nobis tribue ꝑuenire subsidiū. Per dñm. Cōm.

Narrabo oīa mirabilia tua letabor ⁊ exultabo in te psallam nomini tuo altissime. Complenda.

Tantis dñe repletis muneribus presta quesumus vt ⁊ salutaria dona capiamus: et a tua nūq̄ꝫ laude cessemꝰ. Per.

Fer. iiij. lcō ad collossen. III



Fratres. Mortificate mēbra vestra que sunt sup terrā: fornicationē: immundiciaꝫ: libidinem: cōcupiscētiam malā ⁊ auaritiā que est idolorū seruitus ꝓpter que venit ira dī in filios incredulitatis. In qbus ⁊ vos ambulastis aliquādo cū viueretis in illis. Nūc aūt deponite ⁊ vos oīa: iraꝫ: indignatiōem: maliciam: blasphemiam: ⁊ turpem sermonē de ore vr̄o. Nolite mentiri inuicem expoliātes vos veterez hoīem cū actibus suis: ⁊ induentes nouū eū q re-

nouat in agnitionē dī secūduz imaginē eiꝰ q creauit eū: vbi nō est gentilis ⁊ iudeus: circūcisio ⁊ p̄putiū: barbarus ⁊ scyta seruꝰ ⁊ liber: sz oīa ⁊ in oībus christus q est bn̄dictꝰ in scl'a scl'oꝝ. Am̄.

Secundum mattheum. V. C.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare: qm̄ veni soluere legē aut ꝓphetas. Nō vēi soluere sz adimplere. Amē quippe dico vobis: donec trāseat celuz ⁊ terra iota vnū aut vnus apex nō p̄teribit a lege: donec oīa fiāt. Qui g̊ soluerit vnū de mādatis istis minimis ⁊ docuerit sic hoīes: minimus vocabit in regno celoruz. Qui aūt fecerit ⁊ docuerit: hic magnꝰ vocabit i regno celoꝝ.

¶ Fer. sexta. Lcō ad gala. III.



Fratres. Abraaz credidit dō: ⁊ reputatū est ei ad iustitiā. Cognoscite ergo: qꝛ qui ex fide sunt: hi sunt filij brae ꝓuidens āt scriptura qꝛ ex fide iustificat gētes dus p̄nūciauit abrae qa bn̄dicent in te oēs gentes. Igitur q ex fide sunt: bn̄dicent cum fideli abraam. Quicunqz eni ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. Scriptū est eniz maledictꝰ oīs q nō ꝑmāserit in oībus que scripta sunt i libro legis vt faciat ea. Quoniā āt in lege nemo iustificat apud deum: manifestū ē quia iustus ex fide viuit.

Scdm Lucaz. XVII. C.



In illo tpe: dixit iesus discipulis suis. Impossibile ē vt nō veniāt scādala. Veh āt illi ꝑ quez veniūt vtilius ē illi si lapis molaris imponat circa collū eiꝰ ⁊ ꝓijciat i mare: q̄z vt scandalizet vnū de pusillis istis. Attēdite vob. Si peccauerit ī te frater tuus: increpa illū. ⁊ si penitētiā egerit: dimitte illi. Et si septies i die peccauerit i te ⁊ septies in die ꝯuersus fuerit ad te: dicēs penitet me dimitte illi. Et dixerūt apl'i dn̄o. Adauge nobis fidem: dixit āt dn̄s. Si habueritis fidē sicut granū sinapis dicetis huic arbori moro eradicare et transplātare in mare ⁊ obediet vobis. Quis āt vr̄m habēs seruum arantē aut pascentem boues q r̄gresso de agro dicat illi statim: transi recūbe: ⁊ nō dicet illi para qd̄ cenē: ⁊ p̄cige te ⁊ ministra mihi donec māducē ⁊ bibā ⁊ pꝰ hec tu māducabis ⁊ bibes. Nūqd gr̄az hēt ſuo illi: qꝛ fecit que ei īpauerat. Nō puto.

Sic ⁊ vos cũ feceritis oĩa que precepta sunt vobis dicite. Serui inutiles sumus: qđ debuim⁹ facere fecimus. ¶ Dñica.ij.int.



Factus est dominus protector meus et eduxit me ĩ latitudinem: saluum me fecit qm̃ voluit me. ps. Diligam te dñe virtus mea: domin⁹ firmamentuz meũ ⁊ refugium meum. Oratio.

Sancti noĩs tui dñe timorẽ pariter ⁊ amorem: fac nos hẽre ꝑpetuum: qꝛ nũquam tua gubernatiõe destituis: quos in soliditate tue dilectiõis instituis. Per dominum. Lectio Joannis apostoli. III. epl'e prĩe

Charissimi nolite mirari: si odit vos mũdus. Nos scimus qm̃ translati sumus de morte ad vitam qm̃ diligimus fratres. Qui nõ diligit: manet in morte. Oĩs qui odit frẽm suum homicida est. Et scitis quoniam oĩs homicida non habet vitã eternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatẽ dei: quoniaz sicut ille pro nobis aĩam suam posuit. Et nos debemus pro fratribus aĩas ponere. Qui habuerit substantiã huius mundi: ⁊ viderit frẽm suum necessitatem habere. Et clauserit viscera sua ab eo: qũo charitas dei manet in eo. Filioli mei non diligamus verbo neqꝫ lingua. Sed opere ⁊ veritate. Gr.

Ad dominuz cũ tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labijs iniquis ⁊ a lingua dolosa. Alla. ℣. Domine ne in ira tua arguas me neqꝫ i furoꝛ tuo corripias me. Sz lu. XIIII



In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: parabolaz hanc. Homo quidam fecit cenam magnam. Et vocauit multos. Et misit seruum suũ hora cene dicere ĩuitatis vt venirẽt: qꝛ iam parata sunt oĩa. Et ceperũt simul oẽs excusare. Prius dixit illi: villã emi: ⁊ necesse habeo exire ⁊ videre illaz. Rogo te: habe me excusatuz. Et alter dixit. Juga boum emi quiqꝫ ⁊ eo probare illa. Rogo te: habe me excusatũ. Et alius dixit vxorem duxi: ⁊ iõ non possuz venire. Et reuersus seruus nũciauit hec dño suo. Tunc iratus pater familias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles: ⁊ cecos ⁊ claudos introduc huc. Et ait

seruus. Domine factum est vt imperasti. Et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias & sepes & compelle intrare vt impleatur domus mea: dico autez vobis: quod nemo virorz illorz qui vocati sũt gustabit cenã meaz. **Offer.** Domine conuertere & eripe aiam meã saluum me fac propter misericordiam tuam. **Secreta.**

Oblatio nos dñe tuo nomini dicanda purificet. Et de die in diẽ ad celestis vite transferat actionẽ. Per dominum nr̃m iesum chr̃istũ. **Com.** Cantabo dño q̃ bona tribuit mihi & psallam nomini dñi altissimi. **Cõplẽ.**

Sumptis muneribus dñe quesumus: vt cum frequẽtatione mysterij crescat nostre salutis effectus. Per dominuz nostrum iesum chr̃istum filiuz. ¶ **Feria quarta. Lectio Joãnis apostoli.** I.C. **epistole prime.**



Carissimi: Hec est annũciatio quam audiuimus ab eo & annunciamus vobis: quoniam deus lux est & tenebre non sunt in eo vlle. Si dixerimus quoniam societatem habemus cũ eo & in tenebris ambulabimus mentimur & veritatẽ non facimus. Si autem in luce ambulamus sicut & ipse est i luce: societatem habemus adinuicem: & sanguis iesu chr̃isti filij eius emundat nos ab oi pecccato. Et si dixerimus quoniaz peccatũ non habemus ipsi nos seducimus. Et veritas in nobis nõ est. Si confiteamur peccata nostra: fidelis est deus & iustus vt remittat nobis peccata nr̃a: & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniã non peccauimus: mendaczq facim⁹ eum: & verbuz eius in nobis nõ est. **Secundum Lucam.** IX.C.



In illo tempore. Accedentez discipuli ad iesuz dixerunt illi: dimitte turbas vt euntes in castella villasq̃ que circa sunt diuertant & inueniant escas: qz hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. Vos date illis mãducare: at illi dixerunt. Nõ sunt nobis plusq̃ quinq̃ panes & duo pisces: nisi forte nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbam escas. Erant autem viri fere qnq̃ milia. Ait autẽ ad discipulos suos: facite illos discumbere per cõuiuia quinquagenos & ita fecerunt & discubuerunt oẽs. Acceptis aũt quinq̃ panibus & duobus piscibus respexit in celuz & benedixit illis: & fregit & distribuit discipul' suis

vt ponerent añ turbas: Et mã ducauerunt oẽs ⁊ saturati sunt.

¶ Feria.vj. Lectio ad rom. III

FRatres: Arbitramur eni iustificari hominẽz per fidem sine operibus legis an iudeoꝝ deus tantũ. Nonne ⁊ gẽtium: imo ⁊ gentiuz qũo quidẽ vnus deus q iustificat circuncisionẽ ex fide: ⁊ prepucium per fidem: legẽ autem destruimus p fidem: absit. Sed legem statuimus. Quid ergo dicemuz inuenisse abraã patrem nr̃m secundum carnem. Si enim abraaz ex operibus legis iustificat⁹ est: habet gloriã sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura. Credidit abraam deo: ⁊ reputatũ est illi ad iustitiam. Ei autẽ qui operatur merces non imputatur secundũ gratiam: sed secũdum debitum. Ei vero qui non operatur credenti autẽ in eum qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iustitiam. Secundum lucã. VIII. C.



IN illo tpe. Venit ad iesuz vir cui nomẽ iayrus: ⁊ ipse princeps synagoge erat. Et ccidit ad pedes iesu: rogãs eũ vt itraret domũ eius: qz filia vnica erat illi fere annoꝝ duodeci: ⁊ hec morieba tur ⁊ prigit dum iret: a turbis cõ primebat: ⁊ mulier q̃dam erat in fluxu sanguinis ab ãnis duodecim que in medicos erogauerat oẽm substantiã suam: nec ab vllo potuit curari accessit retro ⁊ tetigit fimbriã vestimenti eius. Et ꝑfestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait iesus. Quis est q me tetigit. Negantibus ãt omnibus: dixit petrus ⁊ qui cũ illo erant: Preceptor turbe te cõprimunt ⁊ affligunt. Et dicis quis me tetigit. Et dixit iesus: Tetigit me aliqs. Nam ego noui virtutez de me exisse. Uidẽs autem mulier quia non latuit: tremens venit ⁊ pcidit ante pedes eius. Et ob quam causaz tetigerit eum indicauit coram omni populo: ⁊ quemadmodũ cõfestim sanata sit: at ipse dixit illi filia: fides tua te saluaz fecit vade in pace. Adhuc illo loquente: venit quidam ad principẽ synagoge dicẽs ei. Quia mortua est filia tua: noli vexare illũ. Ihesus audito hoc verbo: rñdit patri puelle: noli timere: crede tñ ⁊ salua erit. Et cum veniſſet domũ: non pmisit intrare secũ quẽ quam nisi petrũ ⁊ iacobuz ⁊ ioannẽ ⁊ patrem ⁊ mr̃em puelle: flebant ãt oẽs ⁊ plãgebant illã: at ille dixit. Nolite flere. Nõ est eni mortua puella: sed dormit. Et deridebãt eum scientes quia mortua eẽt ipse aũt tenens ma

num eius. Clamauit dicens. Puella surge. Et reuersus est spūs eius: ⁊ surrexit ꝓtinuo. Et iussit illi dari mãducare: Et stupuerunt parentes eius. Quib⁹ precepit ne alicui dicerẽt quod factũ fuerat. ℂ Dñica.iij. Introi.



Respice in me ⁊ miserere mei dñe qñ vnic⁹ ⁊ paup sũ ego vide humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ ⁊ dimitte oia peccata mea de⁹ meus. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meam deus meus in te confido non erubescam. Oratio. Protector in te sperantiũ deus: sine quo nihil est validuz nihil scñm multiplica sup nos misericordiã tuam: vt te rectore te duce sic trãseamus ꝑ bona tpalia: vt non amittamus eterna. ꝑ dñm. Lectio epistole beati petri apli. V.C. epistole.j.

Carissimi: Humiliamini sub potẽti manu dei: vt vos exaltet in tpe visitationis oẽm sollicitudinẽ vestram proiicientes in eũ quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote ⁊ vigilate: qꝛ aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit querẽs quem deuoret: cui resistite fortes in fide: scientes eandẽ passionẽz ei q̃ in mundo est vestre fraternitati fieri: deus aũt omnis gr̃e qui vocauit nos in eternã suam gloriam in christo iesu modicũ passos: ipse perficiet ⁊ cõfirmabit solidabitqz. Ipsi glia ⁊ ipium in secula seculoruz. Amen. Grad. Iacta cogitatũ tuuz in dño ⁊ ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his q̃ appropinquãt mihi. Alleluia. ℣. Dñe deus meus in te spaui salum me fac ex oibus persequentib⁹ me ⁊ libera me. Scõm lucaz. XV



Illo tpe. Erãt appropinq̃ntes ad iesum publicani ⁊ pctõres vt audirẽt illum. Et murmurabãt pharisei ⁊ scribe dicentes. Quia hic pcõres recipit ⁊ mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolam istaz dicens. Quis ex vobis homo qui habet centuz oues: ⁊ si perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouẽ in deserto ⁊ vadit ad illaz q̃ perierat donec inueniat illam. Et cum inuenerit eaz: imponit in humeros suos gaudẽs: ⁊ veniens domũ: conuocat amicos ⁊ vicinos dicens illis. Cõgratulamini mihi: quia inueni ouẽ meam que perierat. Dico aũt

vobis:quod ita gaudiuz erit in celo super vno peccatore penitentiam agente:q̃z supra nonagintanouem iustis qui non indigent penitentia:aut que mulier habens dragmas decem:⁊ si perdiderit dragmam vnam nõ ne accendit lucernaz ⁊ euertit domum:⁊ querit diligenter donec inueniat. Et cuz inuenerit conuocat amicas ⁊ vicinas dicens. Congratulamini mihi qꝛ inuenit dragmam quam perdideram. Ita dico vobis gaudiũ erit coram angelis dei sup vno peccatore penitentiaz agente.

Offerto. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis querentes te: psallite dño qui habitat in syon qm̃ non est oblitus oꝛonẽ pauperꝝ. **Sec.**

Respice dñe munera supplicantis ecclesie ⁊ saluti credentiuz perpetua sanctificatione sumenda concede. Per do.

Com. Ego clamaui qm̃ exaudisti me deus inclina aurẽ tuam ⁊ exaudi verba mea. **Complenda.**

Sancta tua nos domine sumpta mysteria viuificẽt ⁊ misericordie sempiterne preparent expiatos. Per. ¶ **Feria quarta. Ad collossenses.** III.

Fratres: Omne quodcũqꝫ facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini iesus christi facite gr̃as agẽtes deo ⁊ patri ꝑ ipsum: mulieres subditi estote viris. Sicut oportet in domino: viri diligite vxores vestras: ⁊ nolite amari esse ad illas: filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in domino: patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros vt non pusillo animo fiant. Serui: obedite ꝑ oĩa dominis carnalibus: nõ ad oculum seruientes quasi homĩbus placẽtes: sed in simplicitate cordis timẽtes deum. Quodcũqꝫ facitis ex animo facite: ⁊ operamini sicut domino ⁊ non hominibus: scientes quod a domino accipietis retributionem hereditatis. ꝑ iesum christuz dominum nr̃m. **Scõm matthe.** V. C



In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Esto consentiens aduersario tuo cito dũ es cuz eo in via: ne forte tradat te aduersarius iudici ⁊ iudex tradat te ministro: ⁊ in carcerẽ mittaris. Amen dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimum quadrantez: audistis: qꝛ dictuz est antiquis non mechaberis. Ego autem dico vobis: quoniaz omnis qui viderit mulierem ad concupiscenduz eaz: iam mechatus est eaz in corde

suo: qd si oculus tuus dexter scā dalizat te: erue ⁊ euz ꝓijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuoruz: q̄z totum corpus tuum mittatur ī gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te abscide eam ⁊ proijce abs te. Expedit enim tibi: vt pereat vnum mē brorum tuorum: quam totū corpus tuum eat in gehennam.

¶ Feria. vj. Lcō iacobi apli. II.



Charissimi: Nolite imp sonarum acceptione habere fidem domini nostri iesu christi glorie. Etenim si introierit in conuentum vestruz vir aureum annulum habens in veste candida: introierit autem et pauper in sordido habitu: ⁊ intendatis in eum qui indutus ē veste preclara: ⁊ dixeritis ei:: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos: ⁊ facti estis indices cogitationū iniquarum: audite fratres mei dilectissimi. Nonne deus elegit pauperes in hoc mūdo diuites in fide ⁊ heredes regni: quod repromisit deus diligentibus se. Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos: ⁊ ipsi trahunt vos ad iudicia. Nonne ipsi blasphemant nomen bonum quod inuocatum est super vos. Si tñ legem perficitis regalem secunduz scripturas diliges proximum tuuz sicut teipsum: benefacitis. Si autez personas accipitis peccatum operamini.

Secundum marcū. XI

In illo tempore. Introiuit iesus hierosolymam in tē plum: ⁊ circunspectis omnibus cum iam vespera esset hora exiuit in bethaniam cum duodecim. Et alia die cuz exiret a bethania esurijt. Cūq̄z vidisset a longe ficum habentem folia venit si quid forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam: nihil ī uenit in ea preter folia: non enī erat tempus ficorum. Et respō dens dixit ei. Jam non ampli⁹ ineternum quisquam fructum ex te manducet. Et audiebant discipuli eius: ⁊ venerunt hierosolymam. Et cum introisset in templum: cepit eijcere vēdē tes ⁊ emētes in templo. Et mē sas nummularioꝝ ⁊ cathedras vendentium columbas euertit: ⁊ non sinebat vt quisquam trās ferret vas per templum: ⁊ docebat dicens eis. Nōne scriptū est q: domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus: vos autem fecistis illam

speluncam latronum. Quo audito principes sacerdotũ ⁊ scribe querebant quomodo eum ꝑderent. Timebant enim eum: quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cuꝫ vespera facta esset: egrediebatur de ciuitate. Et cuꝫ mane transirent viderunt ficuꝫ aridam factam a radicibus. Et recordatus petrus dixit ei. Rabbi. Ecce ficus cui maledisti aruit. Et respondens iesus ait illis. Habete fidem dei. Amen dico vobis quia quicũqꝫ dixerit huic mõti tollere ⁊ mittere in mare ⁊ non hesitauerit in corde suo: sed crediderit quia quodcunqꝫ dixerit fiat fiet ei. ¶ Dñica.iiij.it.



Dominꝰ illũmiatio mã ⁊ salus mea quem timebo dñs defensor vite mee a q̃ trepidabo q tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt ⁊ cecide/runt. ℣. Si consistant aduersũ me castra non timebit cor meum. Oro.

Da nobis dñe q̃s: vt ⁊ mũdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigat: ⁊ eccl̃ia tua trãqlla deuotiõe letet. Per dominum nr̃m iesum christũ filiũ.

Lectio ep̃le beati Pauli apostoli. Ad romanos. VIII.C.



Fratres: Existimo eniꝫ quod non sint condigne passiones huius temporis ad futurã gloriã que reuelabit̃ in nobis. Nam expectatio creature: reuelationem filioꝝ dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est non volẽs: sed ꝓpter eũ qui subiecit eam in spe: qꝛ ⁊ ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatẽ glorie filioꝝ dei. Scimus enim qđ omnis creatura ingemiscit et parturit vsqꝫ adhuc: non soluꝫ autem illa: sed ⁊ nosipsi primitias spiritus habẽtes: ⁊ ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes redemptionez corporis nostri: in christo iesu domino nostro. Grad.

Propiciꝰ esto domine peccatis nostris ne quando dicant gẽtes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster ⁊ propter honorẽ nominis tui domine libera nos. Alleluia. ℣. Deus iudex iustus fortis ⁊ patiens nũquid irascetur per singulos dies. Secundũ lucã. VI.C.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Estote ergo misericordes: sicut ⁊ pat̃ vester

celestis misericors est. Nolite iudicare: & nō iudicabimini. Nolite condemnare & non ꝯdemnabimini. Dimittite & dimittemini: date & dabit vobis: mensurā bonam & confertaz & coagitatā & sꝑ effluentē: dabūt in sinū vestrum. Eadem quippe mēsura qua mensi fueritis: remetiet vobis. Dicebat aūt & illis similitudinē. Nūquid potest cecus cecum ducere. Nonne ambo in foueam cadunt. Nō est discipulus sꝑ magistrum perfect⁹ autem omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid aūt vides festucaz in oculo fratris tui: Trabem aūt que in oculo tuo ē nō conspicis aut quomodo poteris dicere fratri tuo frater: sine eiiciam festucam de oculo tuo ipse in oculo tuo trabē non vides: hypocrita: eiice primū trabem de oculo tuo. Et tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. **Offertorium.** Illumina oculos meos ne quando ob dormiā in morte ne qñ dicat inimicus me⁹ pualui aduersus eū. **Secreta.** Oblationibus nostris q̄sumus domine placare susceptis: & ad te nostras etiam rebelles compelle ꝓpiti⁹ voluntates. Per dñm nr̄m ihesuz christum filium tuum. **Com.** Dominus firmamentum meū & refugium meum & liberator meus deus meus adiutor meus. **Cōplen.** Mysteria nos domine sancta purificēt & suo munere tueātur. Per dominū nostrum ihesuz. **Feria.iiij. Lectio Ad ep̄hesios.** I.C. Fratres: Non cesso gratias agens ꝓ vobis: memoriā vestri faciens in orationib⁹ meis: vt deus dñi nostri ihesu christi: pater glorie det vobis sꝑm sapientie & reuelationis in agnitionē eius illuminatos oculos cordis vr̄i: vt sciatis q̄ sit spes vocationis eius: q̄ diuitie glie hereditatis eius in sanctis. Et q̄ sit supereminens magnitudo virtutis ei⁹ in nos q credimus: secundum operationē potentie virtutis eius quā operatus est in christo: suscitans eū ex mortuis: & constituens ad dexterā suā in celestibus sup oēm principatum & potestatē & virtutē & dominationē: & oē nomen qđ nominat in secula scl̄oz. Amen. **Secundum Matthēum.** XI.C. In illo tempore: Cum venisset ihesus in templum: accesserunt ad eum principes sacerdotum. Et seniores populi dicentes. In qua potestate hec facis. Et quis tibi dedit hāc potestatē. Rñdens ihesus dicit illis. Interrogabo vos & ego vnuz sermonē: quē si dixeritis mihi & ego vobis dicā in q̄ ptāte hec fa

cio:baptismus ioannis vñ erat: e celo an ex hominibus: at illi cogitabant intra se dicẽtes. Si dixerimus e celo: dicet nobis quare ergo non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbaz:omnes enim habebant ioannez sicut ꝓphetam. Et respondentes iesu dixerunt. Nescimus:ait illis et ipse. Neqꝫ ego dico vobis:in q̃ potestate hec facio. ¶ Feria.vj

Lectio epistole btĩ iude apl̃i. I.

Charissimi: Commonere vos volo scientes semel omnia quoniam iesus populum de terra egypti saluans secundo eos q non crediderũt ꝑdidit:angelos vero qui non seruauerunt suum principatũ. Sꝫ dereliquerunt suũ domiciliuz: in iudiciuz magni dei vinculis eternis sub caligine reseruauit. Sicut sodoma ⁊ gomorra ⁊ finitime ciuitates simili mõ sunt fornicate ⁊ abeũtes post carnẽ alterã facte sunt exemplũ ignis eterni penam sustinentes:similiter ⁊ hi qui carnem quidã maculant dominationem ãt spernunt:maiestatem autẽ blasphemant. Cuz michael archangelus cum diabolo disputans altercaret de moysi corpore:non est ausus iudicium inferre blasphemie sed dixit ĩperet tibi deus. Hi autem quicũqꝫ quidem ignorant blasphemant: quecũqꝫ autez naturaliter tanq̃ muta animalia norũt:in his corrũpuntur. Ue illis qui in via chaĩ abierunt ⁊ errore balaam mercede effusi sunt. Et in contradictione chore abierunt. Hi sunt in epulis suis male conuiuantes:sine timore semetipsos pascentes nubes sine aqua que a ventis circũferuntur arbores autũnales infructuose:bis mortue eradicate:fluctus feri maris despumantes suas ꝯfusiones sidera errantia. Quibus procella tenebraruz seruata est in eternum. Scdm mattheum. XVII

In illo tempore: Interrogauerunt iesum discipuli dicentes. Quid ergo scribe dicũt:qđ helyam oportet primuz venire:at ille respondens ait: helyas quidem venturus est ⁊ restituet omnia:dico autẽ vobis:qꝛ helyas iã venit ⁊ non cognouerũt eum:sꝫ fecerunt in eũ quecũqꝫ voluerunt. Sic ⁊ filius hoĩs passurus est ab eis. Tunc intellexerũt discipuli qꝛ de ioãne baptista dixisset eis. Et cuz venisset ad turbã:accessit ad eã homo genibus prouolutus ante eũ dicens. Dñe miserere filio meo:qꝛ lunaticus est:⁊ male patitur:nam sepe cadit in ignem: ⁊ crebro in aquã. Et obtuli eũ discipulis tuis: ⁊ non potue-

runt eum curare: rñdens ihesus ait. O generatio incredula ⁊ p uersa: quousq; ero vobiscum: vsq; quo patiar vos: afferte huc illum ad me. Et increpauit illuz ihesus ⁊ exijt ab eo demonium. Et curatus est puer ex illa hora.

¶ Dominica. v. Introitus.



Exau/di dñe vocez meam qua clamaui ad te: adiu/tor meus esto ne dereliquas me neq; de/spicias me deus salutaris me⁹. ℣. Dñus illumi natio mea: ⁊ sal⁹ mea quẽ timebo. Oꝛ

Deus q diligẽtibus te bona inuisibilia preparasti infunde coꝛdibus nr̃is tui amoris affectũ vt te in omnib⁹ ⁊ su per oia diligentes, promissiones tuas que oẽ desideriuz superãt consequamur. Per dominuz.

Lectio petri apostoli. j. III. C.

Karissimi: Oẽs vnani/mes in oꝛone estote: cõpatiẽtes: fraternitatis amatoꝛes: misericoꝛdes: modesti: humiles: nõ reddẽtes malum pro malo: nec maledictũ pro maledicto sz econtrario bñdicentes qz in hoc vocati estis: vt bñdictionẽ hereditate possideatis. Qui eni vult vitã diligere ⁊ videre dies bonos: coherceat linguaz suã a malo: ⁊ labia sua ne loq̃nt dolum: declinet ãt a malo ⁊ faciat bonũ inqrat pacez ⁊ sequat eã qz oculis dñi sup iustos ⁊ aures ei⁹ in p̃ces eoꝛ: vultus autẽ dñi supfacientes mala. Et quis est q noceat vobis: si boni emulatoꝛes fueritis sz ⁊ si qd patimini ppter iustitiã beati. Timoꝛez autem eoꝛ ne timueritis: vt nõ conturbemini dominum autẽ ihesum christum sanctificate in coꝛdibus vestris. Graduale. Protector nr̃ aspice de⁹ ⁊ respice sup seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutũ exaudi p̃ces seruoꝛ tuoꝛ. Alt. ℣. Diligã te dñe virt⁹ mea dñs firmamentũ meum ⁊ refugiũ meum. Secundum lucã. V. C.



In illo tpe: Cũ turbe irruerẽt in ihesuz vt audirent vbũ dei: ⁊ ipe stabat sec⁹ stagnũ genazareth ⁊ vidit duas naues stãtes secus stagnũ. Piscatoꝛes ãt descẽderãt. ⁊ lauabãt retia. Ascẽdens ãt in vnã nauĩ q erat simõis rogauit eũ a terra reducere pusillũ. Et sedẽs docebat de nauicula turbas: vt cessauit ãt loqui: dixit ad symonem. Duc in altuz ⁊ laxate retia vestra in capturam. Et

rñdens symon dixit illi: preceptor p totam noctē laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent: pcluserūt piscium multitudinem copiosaz. Rūpebat aūt rete eoz. Et ānuerunt sociis qui erāt in alia naui: vt venirent et adiuuarēt eos. Et venerūt ⁊ impleuerunt ambas naviculas ita vt pene mergerent. Quod cuz videret symon petrus: procidit ad genua ihesu dicēs. Exi a me: qz homo peccator sum dñe. Stupor enī circundederat eū ⁊ oēs qui cū eo erāt in captura piscium quā ceperant. Similr autem iacobus ⁊ ioānes filios zebedei q erant socij symōis. Et ait ad symonem ihesus. Noli timere. Ex hoc iā hoies eris capiēs. Et subductis ad terrā naubꝰ: relictis omnibus secuti sunt eum. **Off.** Benedicam dño qui mihi tribuit intellectū prouidebam dēū in ꝓspectu meo semp quoniam a dextris est mihi ne commouear. **Secreta** Propitiare dñe supplicationibus nris ⁊ has oblationes famulor famularūq tuar benignꝰ assume vt qō singuli obtulerūt ad honorē nois tui: cunctis pficiat ad salutē. Per. **Cō.** Unam petij a dño banc requiram vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. **Cōp.** Quos celesti dñe dono refecisti: presta qs: vt a nris mūdemur occultis: ⁊ ab hostium liberemur insidijs. Per dominū.

Feria.iij. Lectio ad Thimotheum. II. Epistole prime.



Carissime obsecro primus omnium fieri obsecrationes: oratiōes postulationes: gratiaruz actiones pro omnibus hominibꝰ: pro regibus ⁊ omnibus qui in sublimitate constituti sunt: vt quietam vitam ⁊ trāquillam agamus in omni pietate ⁊ castitate: hoc enim bonū est ⁊ acceptum coram saluatore nostro deo: qui omnes homines vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionem veritatis venire vnus enim deus: vnus ⁊ mediator dei ⁊ hominum: homo christus ihesus q dedit redemptionē semetipsū pro omnibus cuius testimoniū temporibus suis confirmatum est in quo positus sum ego predicator ⁊ apostolus veritatem dico non mentior doctor gentium in fide ⁊ veritate: in christo ihesu dño nro. **Scōm Luc.** X C.

In illo tempore: Respondens ihesus dixit. Confitebor tibi domine pater celi ⁊ terre quod abscondisti hec a sapiētibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Etiam pater: qz

placuit sic ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo: et nemo scit quis sit filius nisi pater: ⁊ quis sit pater nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui vident q̃ vos videtis. Dico enim vobis quod multi prophete ⁊ reges voluerunt videre que vos videtis ⁊ non viderunt ⁊ audire que auditis ⁊ non audierunt.

¶ Feria sexta. Lectio Jacobi apostoli. II.C.



Charissimi: Quid proderit si fidez quis dicat se habere: opera autem nõ habeat. Nũ quid poterit fides saluare eum. Si autez frater aut soror nudi sint ⁊ indigeant victu quottidiano. Dicat autem aliquis ex vobis illis. Ite in pace calefacimini et saturamini: non dederitis autẽ eis que necessaria sunt corpori: quid proderit vobis: Sic ⁊ fides si non habeat opera mortua est in semetipsa. Sm Lu. XVIII.C.

In illo tpe: Afferebãt ad iesũ puulos ⁊ ifãtes vt eos tãgeret. Qd dũ viderẽt discipuli icrepabãt illos: iesus ãt ꝯuocãs illos dixit. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ nolite vetare eos. Taliũ ẽ eni regnũ dei amẽ dico vob: qcũqz ñ acceperit regnũ di sicut puer ñ itrabit illd.

¶ Dominica.vj. Introitus.



Dominꝰ fortitudo plebis sue: ⁊ protector salutariũ christi sui est: saluuz fac populum tuũ domine: ⁊ benedic hereditati tue ⁊ rege eos vsqz in seculum. ps. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me ne quãdo taceas a me. Oratio.

Deus virtutum cuius est totum quod est optimum insere pectoribus nostris amorem tui nominis: ⁊ presta in nobis religionis augmentũ: ⁊ que sunt bona nutrias: ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per. Lectio ad Roma. VI.



Fratres: Quicũqz baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsiꝰ baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomõ surrexit christus a mortuis per gloriam patris: ita et nos in nouitate vite ambule-

mus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectionis erimus: hoc scientes qꝛ vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati: vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cuꝫ christo. Credimus quia simul etiam viuemus cũ christo: scientes ꝙ christus resurgens a mortuis iam non moritur: mors illi vltra nõ dominabitur: ꝙ enim mortuus est peccato mortuus est semel quod autez viuit: viuit deo: ita ⁊ vos existimate vos mortuos qdẽ esse peccato viuentes aũt deo in chr̃o iesu domino nr̃o.

Graduale. Conuertere domine aliquantulum ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugiuꝫ factus es nobis a generatione ⁊ progenie. Alleluia. ℣. Domine in virtute tua letabitur rex ⁊ sup salutare tuum exultabit vehementer. Secundum matthe. V.C.



In illo tempore: Dixit iesus discipul' suis. Amẽ dico vobis: nisi abũdauerit iustitia vestra plusq̃ꝫ scribarũ ⁊ phariseorum: non intrabitis in regnum celorũ: audistis quia dictum est antiquis: non occides: qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autez dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo racha: reus erit ꝯcilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehẽne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare ⁊ ibi recordatus fueris quia frater tu⁹ habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc veniens offer munus tuum. Offertorium.

Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea inclina aurem tuam ⁊ exaudi verba mea mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperãtes in te dñe. Sec.

Propitiare domie supplicationibus nostris: ⁊ has populi tui oblationes benign⁹ assume: ⁊ vt nullius sit irritum votum: nullius vacua postulatio presta quesumus: vt quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per dñm. Cõmu.

Circuibo ⁊ immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis cantabo ⁊ psalmum dicam dño. Cõpl.

Repleti domine muneribus tuis presta quesumus vt ⁊ eorum mundemur effectu ⁊ muniamur auxilio. Per dominum nostrum iesum. ¶ Feria iiij. Lectio ad Hebreos. XII.

Fratres



Fratres: habemus gratiam per quam ieruiam⁹ placentes deo cum metu z reuerentia. Eteniz deus noster ignis consumens ē: charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidaz: angelis hospitio receptis mementote vinctoruz tanq̃z simul vincti. Et laborantiuz tanq̃z et ipsi in corpore morantes: honorabile connubium in omnibus: z thorus immaculatus: fornicatores autem z adulteros: iudicabit de⁹: sint mores sine auaritia: contenti presentibus. Ipse enim dixit non te deseram: neq̃ derelinquam: ita vt confidēter dicamus: dñs mihi adiutor est: nō timebo quid faciat mihi homo: mementote prepositoz vestroz: qui vobis locuti sūt verbum dei: quoz intuentes exituz conuersationis imitamini fidez: ihesus christus heri z hodie: ipse in secula seculoz amē.

Secundum Marcum. X.C.

In illo tempore: Cū egressus esset ihesus in via procurrens quidā genuflexo ante euz rogabat euz dicens. Magister bone. Quid faciam vt vitā eternam percipiam. Ihesus autez dixit ei. Quid me dicis bonuz: nemo bonus nisi vnus deus: precepta ne adulteres: ne occidas: ne fureris: ne falsum testimonium dixeris: ne fraudem feceris: honora patrem tuum z matrē. At ille respondens ait illi. Magister omnia hec obseruaui a iuuentute mea. Ihesus autez intuitus eum dilexit eum z dixit ei. Unum tibi deest. Uade quecūq̃ habes vende: z da pauperibus z habebis thesaurum in celo: z veni z sequere me. ¶ **Feria sexta. Lectio epistole beati Jacobi apo.** III.C.



Carissimi: Si zelum amarū habetis z cōtentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari z mendaces esse aduersus veritatem non eniz est ista sapientia desursum descendens a patre luminum: sed terrena animalis diabolica: vbi enim est zelus et contentio: ibi inconstantia z omne opus prauum. Que autez desursum est sapientia primuz quidem pudica est: deinde pacifica: modesta sua debilis bonis consentiens: plena miseri/cordia z fructibus bonis iudicans sine simulatione: fructus autem iustitie in pace seminatur facientibus pacem. **Secun**



dum Gerasenorum. V. In illo tpe: Venit iesus in regionem gerasenoꝝ. Et exeunti ei de naui statim occurrit ei de monumentis homo in spiritu immũdo qui domicilium habebat in monumentis ⁊ neq; catbenis iam quisq; eum poterat ligare quoniam sepe cõpedibus ⁊ catbenis vinctus dirupisset catbenas. Et compedes comminuisset: ⁊ nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte i monumentis ⁊ in montibus erat: clamans ⁊ concidens se lapidibus videns autem iesum a longe: cucurrit ⁊ adorauit eum. Et clamans voce magna dixit: qd mihi ⁊ tibi iesu fili dei altissimi: adiuro te per deum: ne me torqueas: dicebat autez illi. Exi spiritus immũde ab homine isto. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen est. Et dicit ei. Legio nomen est mibi: quia multi sumus. Et deprecabatur eũ multũ: ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa mõtem grex porcorum magnꝰ pascens in agris. Et deprecabantur eum spiritus dicentes: mitte nos in porcos: vt in eos introeamus. Et concessit eis statim iesus. Et exeuntes spiritus immundi: introierũt in porcos. Et magno impetu grex porcorum precipitatus est in mare ad duo milia: ⁊ suffocati sunt i mari. Qui autez pascebant eos fugierunt ⁊ nunciauerunt in ciuitatem ⁊ in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum. Et venerunt ad iesum ⁊ vidẽt illum qui a demonio vexabat sedentez vestitũ ⁊ sane mentis ⁊ timuerunt. Et narrauerunt illis q viderant qualr factum esset ei qui demonũ habuerat et de porcis. Et rogare eum ceperunt vt discederet de finibus eorum. Cũq; ascenderet nauim: cepit illum deprecari qui a demonio vexatus fuerat vt esset cum illo. Et nõ admisit eũ: sed ait illi: vade in domũ tuam ad tuos: ⁊ annuncia illis quanta tibi dominus fecerit: ⁊ misertus sit tui. Et abijt ⁊ cepit p̃dicare i decapoli: quanta sibi fecisset iesus: et oẽs mirabãtur. ℭ Dñica. vij. Int. Omnes gẽtes plaudite manibꝰ iubilate deo in voce exultatiõis. ℣. Subiecit pplos nobis ⁊ gentes



sub pedibus nostris. Oratio.

DEus cuius prudentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus vt noxia cuncta submoueas: et oia nobis pro futura prospicias. Per dominum nrm. Ad roma. VI.



FRatres humanum dico propter infirmitatē carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immūditie et iniquitati ad iniquitatem: ita nūc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nūc vero liberati a peccato: serui ātem facti deo: habetis fructum vrm in sanctificationem: finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati mors gratia autem dei vita eterna in chō iesu dño nro. Graduale. VEnite filij audite me timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur. Alleluia. ℣. In te domine speraui non confundar in eternum in tua iustitia libera me et eripe me inclina ad me aurem tuam accelera vt eripias me. Secundum Marcum. VIII.

IN illo tempore: Cum turba multa esset cum iesu nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis ait illis misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domū suam: deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerūt. Et responderūt ei discipuli sui: vnde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine. Et interrogauit eos: quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe discumbere super terram. Et accipiēs septem panes: gratias agēs fregit et dabat discipulis suis vt ponerent: et apposuerūt turbe. Et habebāt pisciculos paucos: et ipsos benedixit et iussit apponi. Et manducauerunt et saturati sunt. Et sustulerunt quod superauerat de fragmentis septē sportas. Erant autem qui manducauerant quasi quattuor milia et dimisit eos. Offertorium.

SIcut in holocausto arietum et thaurorum et sicut in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie vt placeat tibi quia non est confusio confidentibus in te domine. Secreta.

DEus qui legalium differentias hostiarum vnius sacrificij perfectione sanxisti: ac-

cipe sacrificium a devotis tibi famulis ⁊ pari benedictione sicut munera abel sanctifica vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem cũctis proficiat ad salutem. Per. **Com.** Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos. **Complenda.** Tua nos domine medicinalis operatio ⁊ a nostris perversitatibus clementer expediat ⁊ ad ea que sunt recta p ducat. Per dominum nostrũ.

¶ **Feria.iiij. Ad Roma.** VIII.



Fratres: Nihil nunc damnationis est his qui sũt in christo iesu: q nõ scõm carnez ambulant: lex enim spiritus vite in christo iesu liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Naz quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: ⁊ de peccato damnauit peccatũ in carne vt iustificatio legis implerẽtur in nobis: qui non scõm carnem ambulamus sed scõm spiritum. Qui enim scõm carnem sunt: que carnis sunt sapiunt: q vero scõm spirituz que sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est prudentia aũt spiritus vita ⁊ pax: in christo iesu domino nostro. **Secundum Matthеũ.** XVI. C.



In illo tempore: Accesserũt ad iesum pharisei ⁊ saducei tentantes: ⁊ rogauerunt euz vt signum de celo ostẽderet eis: at ille respondens: ait illis: facto vespere dicitis quia serenũ erit: rubicundum est enim celum: ⁊ mane hodie tempestas: rutilat enim triste celũ: faciem ergo celi dũdicare nostis: signa aũt temporum non potestis scire. Generatio mala ⁊ adultera signuz querit: ⁊ signum non dabitur ei nisi signũ ione prophete. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli eius transfretum obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini: ⁊ cauete a fermento phariseoꝝ ⁊ saduceorũ: at illi cogitabant intra se dicentes. Quia panes nõ accepim⁹: ⁊ sciens autẽ iesus dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei qz panes non habetis. Non dũ intelligitis neqz recordamini quinqz panum: ⁊ quinqz miliuz hominum ⁊ quot sportas sumpsistis. Quare non intelligitis qz non de pane dixi vobis: cauete a fermẽto phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ: tunc intellexerunt qz non dixerit cauendũ a fermento pa

num:sed a doctrina phariseoꝝ ⁊ saduceoꝝ. ¶ Feria sexta. Jacobi apli. IIII.C.



Charissimi: Subditi estote deo:resistite autē diabolo ⁊ fugiet a vobis:appropinq̄te deo ⁊ appropinq̄bit vobis. Emundate manus peccatores:⁊ purificate corda duplices animo. Miseri estote ⁊ lugete ⁊ plorate. Risus vester conuertetur in luctum ⁊ gaudium vestrum in merorem:humiliamini in conspectu domini ⁊ exaltabit vos. Secundum Mattheum. XII.

In illo tempore:abijt iesus sabbato per sata:discipuli autē eius esurientes ceperunt euellere spicas ⁊ manducare: pharisei autem videntes:Dixerūt ei. Ecce discipuli tui faciūt:quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit dauid quando esurijt: et qui cum eo erant quomodo intrauerit domum dei ⁊ panes ꝓpositionis comedit quos non licebat ei edere neq̄ his qui cuz eo erant:nisi solis sacerdotibus aut non legistis in lege qꝛ sabbatis sacerdotes in tēplo sabbatū violant ⁊ sine crimine sunt. Dico aūt vobis:qꝛ tēplo maior ē hic. Si autē sciretis qd est:misericordiā volo ⁊ nō sacrificium: nunq̄ ꝯdemnassetis inocētes. ¶ Dominica.viij. Introitus.



Suscepimꝰ deꝰ misericordiaz tuā in medio tēpli tui:scōm nomen tuum deus ita ⁊ laꝰ tua i fines terre:iustitia plena est dextera tua. ps. Magnus dñs et laudabil' nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

Largire nobis dñe q̄s semper spūz cogitandi que recta sunt ꝓpitius ⁊ agendi: vt q sine te esse nō possumus:scōz te viuere valeamꝰ. ad ro. VIII.C

Frēs:Debitores sumꝰ nō carni:vt scōm carnem viuamus. Si eni scōm carnem vixeritis moriemini:si aūt spiritu scā carnis mortificaueritis viuetis. Quicūq̄ enim spiritu dei agunt:hi filij dei sunt. Nō eniz accepistis spūm seruitutis iterū in timore:sed accepistis spiritū adoptionis filioꝝ dei i quo clamamus abba pr̄. Ipse eniz spiritus testimoniuz reddit spiritui nr̄o:quod sumus filij dei. Si āt filij dei ⁊ heredes: heredes quidez dei:coheredes aūt christi.

Grad. Esto mihi in deũ protectorem ⁊ in locũ refugij: vt saluuz me facias. ℣. Deus in te speraui domine non ꝯfundar in eternũ. Alleluia. ℣. Oẽs gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis.

Secundum Mattheum. VII.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eoruz cognoscetis eos. Nunquid colligũt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructꝰ malos facere: neqꝫ arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructuz bonum excidetur ⁊ in ignem mittetur igitur ex fructibus eoruz cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celoꝝ. Sed qui facit volũtatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. Offertorium.

Populum humilem saluum facies domine ⁊ oculos superborum humiliabis qm̃ qs deus p̃ter te dñe. Sec.

Suscipe dñe munera quesumus que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosancta mysteria gr̃e tue operante virtute p̃ntis vite nos ꝯuersatione sanctificẽt: ⁊ ad gaudia sempiterna ꝑducant. Per do.

Cõ. Gustate ⁊ videte qm̃ suauis ẽ dñs beatꝰ vir q̃ sperat in eo. Cõpl.

Sit nobis dñe reparatio mẽtis ⁊ corpis celeste mysteriũ: vt cuius exeqmur actionem sentiamus effectuz. Per.

¶ Feria.iiij. Ad romanos. V.

Fratres: Si cũ adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati nũc in sanguine ipsius: salui erimus ab ira ꝑ ipsum. Si eniz cũ inimici adhuc essemus recõciliati sumus deo per mortez filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autez sed ⁊ gloriamur in deo: per iesũ christũ dñz nr̃m. Sm mar. IX. C.



In illo tempore: Dixit ioannes ad iesum. Magister vidimus quẽdam in nomine tuo eijcientez demonia qui non sequit̃ nos: ⁊ prohibuimus eũ. Jesus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est eniz qui facit virtutem in nomine meo ⁊ possit cito male loq̃ de me. Qui enim non est aduersus vos: pro vobis est. Quisquis enim potũ dederit vobis calicem aque fri-

gide in nomine meo quia christi estis. Amen dico vobis non perdet mercedem suaz. Et quis quis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonuz est ei magis si circunda retur mola asinaria collo eius ⁊ in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua: abscide illam: bonum est tibi debilez introire in vitam quam duas manus habentem ire in gehen nam ignem inextinguibilē vbi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat: amputa illum bonum est tibi clauduz introire in vitam eternam: q̄z duos pedes habentez mitti in ge bennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eoruz non moritur ⁊ ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te: eij ce eum: bonum est tibi luscuz introire in regnum dei: q̄z duos oculos habentē mitti in geben nam ignis: vbi vermis eor nō moritur ⁊ ignis non extinguit.

Feria.vi. ad Hebreos. III.

Frēs: videte ne forte sit in aliquo vestrū cor maluz incredulitatis discedendi a deo viuo: sed adhortamini vosmet ipsos per singulos dies: donec hodie cognominatur vt nō ob duretur quis in vobis fallatia peccati participes enī christi efi fecti sumus: si tamen initiū sub stantie eius vsq̄z ad finez firmū retineamus in christo iesu dño nostro. **Scōz matthe. XXIII. C.**

In illo tempore: Dixit ie sus turbis iudeorum ⁊ pri cipibus sacerdotum: ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui claditis regnum celorum an te homines: vos enim non in tratis: nec introeuntes sinitis in trare: ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite q comeditis domos viduarum orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudiciū: ve vobis scri be ⁊ pharisei hypocrite qui cir cuitis mare ⁊ aridam: vt facia tis vnum proselitum: ⁊ cuz fue rit factus: facitis eum filium ge henne duplo q̄z vos: ve vobis duces ceci: qui dicitis: quicūq̄z iurauerit per templum nihil ē: qui autem iurauerit in auro tē pli debitor ē. Stulti ⁊ ceci: quid enim maius est auruz aut tem plum quod sanctificat aurum. Et quicūq̄z iurauerit ī altari ni hil est: quicūq̄z autez iurauerit in dono quod est super illud de bet. Ceci qd enī maius ē: donū an altare qō sanctificat donuz. Qui ergo iurat ī altari iurat in eo ⁊ in oībus q̄ super illud sūt. Et qcūq̄z iurauerit in tēplo: iu rat ī illo ⁊ ī eo q̄ habitat ī ipso: ⁊ q iurat in celo: iurat in throno dī

⁊ in eo qui sedet super eum ve autē vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui decimatis mentaz ⁊ anetum: ⁊ cyminuz ⁊ reliqstis que grauiora sunt legis iudicium ⁊ misericordiam ⁊ fidē hec oportuit facere ⁊ illa nō obmittere. ¶ Dominica ix. Introit⁹



Ecce deus adiuuat me ⁊ dominus susceptor ē aie mee auerte mala inimicis meis ⁊ in veritate tua dispde illos protector meus dñe. ℣. Deus in noīe tuo saluum me fac ⁊ in virtute tua libera me. Oratio.

Pateant aures misericordie tue dñe precibus supplicātium: ⁊ vt petentibus desiderata ꝓcedas: fac eos q̄ tibi placita sūt postulare. Ad corin. X. cpīe. j.

Frēs: Non simus concupiscentes malorz sicut ⁊ illi ꝓcupierūt: neqz idolatre efficiamini sicut qdam ex ipsis quēadmoduz scriptum est: sedit ppl's manducare ⁊ bibere: ⁊ surrexerūt ludere. Neqz fornicemur sicut ⁊ qdaz ex ipsis fornicati sūt: ⁊ ceciderūt vna die viginti tria milia. Neqz tentemus chm̄m sicut qdam eorz tentauerunt: ⁊ a serpentibus perierūt neqz murmuraueritis sicut qdā eorz murmurauerūt ⁊ perierūt ab exterminatore. Hec aūt omnia in figura ꝓtingebāt illis scripta sūt aūt ad correptionē nostram in quos fines seculorz deuenerūt. Itaqz q se existimat stare: videat ne cadat: tētatio vos non apprehendat: nisi humana: fidelis autē deus est q non patiet vos tentari supra id quod potestis: sz faciet cū tentatione ēt prouētum vt possitis sustinere. Gra. Dñe dominus nr̄ quam admirabile est nomē tuum in vniuersa terra. ℣. Qm̄ eleuata est magnificentia tua sup celos. Alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis de⁹ meus ⁊ ab insurgētibus in me libera me. Secundum Lucam. XVI. C.

In illo tpe: Dixit ieſus discipul's suis parabolā hanc. Hō qdā erat diues q habebat villicum ⁊ hic diffamat⁹ est apud illū quasi dissipasset bona ipsius: ⁊ vocauit illū: ⁊ ait illi: qd hoc audio de te. Redde rōnez villicatiōis tue: iaz enī non poteris villicare: ait aūt villicus ītra se. Quid faciā q̄ dñs meus aufert a me villicationē fodere nō valeo: mēdicare erubesco: scio qd faciā: vt cum amot⁹ fuero a villicatione recipiāt me in domos suas. Cōuocatis itaqz singulis

debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quātuz debes dño meo: at ille dixit. Centū cados olei. Dixitqz illi. Accipe cautionē tuā ⁊ sede cito scribe quinquagīta. Deinde alio dixit. Tu v̄o quantū debes. Qui ait. Centū choros tritici. Ait illi. Accipe lr̄as tuas ⁊ scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniquitatis qꝛ prudēter fecisset: qꝛ filij huius seculi prudētiores filijs lucis ī generatōe sua sunt: ⁊ ego vobis dico. Facite vobis amicos de māmona iniqtatis: vt cū d̄feceritis recipiāt vos ī etna tabernacl'a. Offertoriuz. Iustitie dñi recte letificātes corda ⁊ dulciora sup mel ⁊ fauū: nā ⁊ seruꝰ tuꝰ custodit ea. Sec.

Concede nobis q̄s domine digne frequētare mysteria: qꝛ quotiens huius hostie cōmemoratio celebrat̄ opꝰ nostre redēptionis exercet̄. Cō. Primum querite regnum dei ⁊ oīa adijcient̄ vobis dicit dñs. Compl.

Tui nobis dñe communio sacramēti ⁊ purificationē ꝯferat: ⁊ tribuat vnitatez. Per dñz. ¶ Feria.iiij.ad roma. VI.

Fratres: Nescitis quoniā cui exhibetis vos seruos ad obediendum: serui estis eius cui obedistis siue peccati in mortez siue obeditiōis ad iustitiam. Gratias aūt deo qd̄ fuistis serui pcti obedistis aūt ex corde in eā formā doctrine ī q̄ traditi estis: liberati aūt a peccato serui facti estis iustitie: in chr̄o iesu dño nostro. Secundū lucā. XVI.C

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis ē in minimo ⁊ in maiori fidelis ē: ⁊ qui in modico iniquus est ⁊ in maiori iniquus ē. Si ergo in iniquo māmona fideles nō fuistis qd̄ veruz est quis credet vobis. Si in alieno fideles non fuistis quod vestrū est quis dabit vobis. Nemo seruus pōt duobus dñis seruire aut enī vnū odiet ⁊ alteꝝ diliget: aut vni adherebit ⁊ alteꝝ ꝯtemnet. Non potestis deo seruire ⁊ māmone: audiebant autē hec oīa pharisei q erāt auari ⁊ deridebant euz. Et ait illis. Vos estis q iustificatis vos coraz hoībus: deus aūt nouit corda vr̄a: qꝛ quod hoībus altū est: abominatio est ante deum. ¶ Feria.vj. Lectio epistole bti petri apl'i. IIII.C. epl'e.j.



Charissimi: Nolite peregrinari a domino ī feruore qui ad tentationem vobis sit: q̄si noui vobis aliqd contingat sed communicantes christi passionibus gaudete: vt ⁊ in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes. Si exprobrāmi-

ni in nomine christi beati eritis: qñ quod est honoris ⁊ glorie ⁊ virtutis dei ⁊ qui est eius spiritus super quos requiescet. **Secundum Lucam.** XI.

In illo tpe: Rogabat iesuz qdam phariseus vt prandere apud se iesus aũt ingressus recubuit. Phariseus aũt cepit intra se reputans dicere. Quare nõ baptizatus esset ante prãdiũ ⁊ ait dñs ad illũ. Nũc vos pharisei: qõ defouis est calicis ⁊ cathini mundatis qõ autem intus est vestrũ: plenum est rapina ⁊ iniquitate. Stulte: nõne qui fecit qõ defouis est: etiam id quod deintus ẽ fecit. Verumtñ quod supersit date elemosynã. Et ecce oia munda sunt vobis. Sed ve vobis pharisei q decimatis mentã ⁊ rutam: ⁊ oẽ olus: ⁊ pretteritis iudiciũ ⁊ charitatez dei. Hec ãt oportuit facere ⁊ illa nõ obmittere. Ve vobis pharisei q diligitis primas cathedras in synagogis ⁊ salutationes i foro. Ve vobis qr estis vt monumenta q̃ non parent: ⁊ homines ambulantes supra nesciũt. Rñdens autem qdam ex legisperitis ait illi. Magister hec dicẽs etiã contumeliã nobis facis. At ille ait. Et vobis legisperitis ve qa oneratis homines oneribus q̃ portare nõ possunt ⁊ ipsi vno digito vestro nõ tangitis sarcinas.

Dominica.x.



Introitus.

Dum clamarẽ ad dñz exaudiuit vocem meaz: ab his qui appropinquant mihi ⁊ humiliauit eos: qẽ ante secula ⁊ manet in eternũ: iacta cogitatum tuũ in domino ⁊ ipse te enutriet. **ps.** Exaudi deus orationem meã ⁊ ne despexeris deprecationẽ meã. **oro.**

Deus q omnipotentiã tuam parcendo maxime ⁊ miserãdo manifestas multiplica super nos gr̃am tuaz vt ad tua promissa currẽtes celestiũ bonoꝝ facias esse consortes. Per. **Ad corinthios.** XII. **epistole.**

Fratres: Scitis qñ cuz gẽtes essetis ad simulachra muta, prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio quod nemo in spũ dei loqns dicit anathema iesu ⁊ nemo põt dicere dñs iesus nisi in spũ sancto. Diuisiões vero gr̃arum sunt: idez autem spũs. Et diuisiones ministrationũ sunt: idẽ autez dñs. Et diuisiones operationum sunt: idẽ vero deus q operatur oia i oibus vnicuiq aũt datur manifestatio spũs: ad vtilitatẽ: alĩ

qdem datur p̄ spūz sermo sapiēcie:alij ät sermo sciētie ꝟz eundem spm̄ alteri fides in eodē spiritu:alij gr̄a sanitatū in vno spiritu:alij opatio virtutuz:alij pphetia:alij discretio spūuz: alij genera linguaruz:alij interpretatio sermonum:hec autez oia opatur vnus atq; idē spiritus: diuidens singulis put vult. ℟. Custodi me dñe vt pupillam oculi sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ptege me. ℣. Be vultu tuo iudiciuz meum pdeat oculi tui videant eqtatez. ℟ Alleluia. ℣. Te decet hymnus deus in syon ⁊ tibi reddetur votum in hierusalez.

℣ Secundum Lucam. XIX.

In illo tpe:Cū appropinq̄ret iesus hierūm vidēs ciuitatē fleuit sup illā dicens. Quia si cognouisses ⁊ tu. Et qdem in hac die tua q̄ ad pacē tibi:nūc autē abscondita sūt ab oculis tuis: qz veniēt dies in te ⁊ circūdabunt te inimici tui vallo:⁊ circundabūt te ⁊ coāgustabūt te vndiq; ⁊ ad terram pternent te ⁊ filios tuos q in te sunt:⁊ nō relinquēt in te lapidē sup lapidē:eo qō nō cognoueris tp̄s visitatiōis tue:⁊ igressus in tēpluz cepit eij cere emētes ⁊ vendētes in illo dicēs illis. Scriptū est:qz dom⁹ mea dom⁹ oꝛonis est:vos ät fecistis illā spelūcam latronū. Et quotidie erat docens in tēplo.

Offer. ℟ Ad te dñe leuaui aiam meam deus meus in te confido nō erubescam neq; irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant nō confundentur. Secreta.

Tibi dñe sacrificia dicanda reddant accepta q̄ sic ad bonorē nominis tui deferēda tribuistis vt eadē remedia nostra fieri prestares. ℣ Per. Communio. ℟ Acceptabis sacrificiū iustitie oblationes ⁊ holocausta super altare tuum domine. Complenda

Quesumus dñe deus nr̄ vt quos diuinis nō desinis reparare sacramētis tuis non destituas benignus auxilijs. ¶ Feria.iiij. Ad corinthios. XV. C.j

Frēs: Non omis caro eadē caro sed alia hoium alia pecoꝝ:alia volucꝝ:alia aūt piscium:⁊ coꝛpa celestia ⁊ coꝛpoꝛa terrestria:ꝟz alia qdem celestiū glia:alia aūt terrestriū:alia claritas solis:alia claritas lune: alia claritas stellaꝝ. Stella eni a stella differt i claritate:sic ⁊ resurrectio moꝛtuoꝝ:seminat in coꝛruptiōe:surget in icoꝛruptione: seminat in ignobilitate:surget in glia:seminat in infirmitate:surget in vtute:seminat coꝛp⁹ aiale:surget coꝛp⁹ spirituale:si ē coꝛpus aiale:ē ⁊ spirituale sicut scriptū ē facti ē primus hō adā in aiam viuētez:nouissim⁹ adā in spm̄ viuificātem:ꝟz nō prius qō spirituale est:sed qō aiale: deide

obstrangali stifesti
resurrali

quod spiritale i christo iesu domino nr̃o. Scdm Lucam. XXI

In illo tpe: respondens iesus dixit discipul' suis. Cũ videritis hierl'm circundari: tũc scitote qꝛ appropinq̃bit desolatio eius. Tunc q in iudea sũt fugiant in mõtes: ⁊ q in medio ei⁹ discedant: ⁊ q in regionib⁹ nõ intrent in eã: qꝛ dies vltionum hi sunt vt impleantur oĩa que scripta sunt. Ue aũt pregnantibus in illis dieb⁹ ⁊ nutriẽtibus. Erit enĩ pressura magna super terram ⁊ ira ppl'o huic: ⁊ cadent in ore gladij: ⁊ captiui ducẽtur in oẽs gentes: ⁊ hierusalem calcabitur a gentibus donec ipleãtur tempora nationũ. Et erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pressura gentium pre cõfusione sonitus maris ⁊ fluctuum arescentibus hoĩbus pre timore ⁊ expectatiõe que supuenient vniuerso orbi. ¶ Feria sexta Ad Collossenses. I

Fratres: Cum essetis aliquando alienati ⁊ inimici sensu in operibus malis: nunc autez reconciliauit vos christus i corpore carnis eius per mortẽ exhibere vos sanctos: ⁊ immaculatos: ⁊ irreprehensibiles corã ipso: si tñ permanetis in fide fũdati ⁊ stabiles ⁊ imobiles a spe euangelij: qd̃ audistis qd̃ predicatum est in vniuersa creatura que sub celo est. Cuius fact⁹ sũ ego minister: q nunc gaudio in passionibus pro vobis: ⁊ adimpleo ea q̃ desunt in passiõibus christi in carne mea ꝓ corpe eius qd̃ est ecclesia cui⁹ factus sũ minister: in christo iesu domĩo nostro. Secundum Lucã. XXI. C

In illo tpe: Dixit iesus discipul' suis. Attẽdite vobis ne forte grauent' corda vr̃a in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis hui⁹ vite: ⁊ supueniat in vos repẽtina dies illa. Tanq̃ laq̃us enĩ supueniat in oẽs: q sedent sup faciẽ oĩs terre. Uigilate itaq̃ omni tpe: orantes vt digni hẽamini fugere ista oĩa q̃ ventura sunt: ⁊ stare ante filium hoĩs. ¶ Dñica.xj. Intr.



Deus i loco scõ suo de⁹ q i habitar̃ facit vnanimes in domo ip̃e dabit v̄tutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi sue. ps̃. Exurgat de⁹ ⁊ dissipẽt inimici ei⁹ ⁊ fugiãt q oderũt eũ a facie ei⁹. Oro

Omnipotens sempiterne de⁹: q abũdantia pietatis tue ⁊ merita supplicũ excedis ⁊ vota: effũde sup nos misericordiã tuã: vt dimittas q̃ ꝯscia

metuit: ⁊ adijcias quod oratio non presumit. Per. Lectio ad Corin. XV. epistolj



FRatres: Notum vobis facio euangelium qđ predicaui vobis qđ ⁊ accepistis in quo ⁊ statis: ꝑ quod ⁊ saluamini: qua ratione predicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis qđ ⁊ accepi: qm̄ christus mortuus est pro peccatis nr̄is ꝟm scripturas: ⁊ qꝛ sepultus est ⁊ quia resurrexit tertia die ꝟm scripturas: ⁊ qꝛ visus est cephe ⁊ post hec vndecim: deinde visus est plusq̄ ꝗngentis fratribus simul ex qbus multi manēt vsq̄ adhuc qdaꝫ aūt dormierūt: deinde visus est iacobo: deinde apl̄is oīb⁹. Nouissime aūt omniuꝫ tanq̄ abortiuo: visus ē ⁊ mihi. Ego enim sum minim⁹ apostoloꝝ qui non sum dignus vocari apl̄s: qm̄ ꝑsecutus sum ecclesiā dei. Gratia autē dei sum id qđ suꝫ: ⁊ gratia eius in me vacua nō fuit. Gra.

In deo sperauit cor meū ⁊ adiutus sum ⁊ refloruit caro mea ⁊ ex voluntate mea ꝯfitebor illi. ℣. Ad te dn̄e clamaui de⁹ meus ne sileas: ne discedas a me. Hileluia. ℣. Attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Secundum Lucam. XVIII. C

IN illo tp̄e: Dixit iesus ad quosdam q in se ꝯfidebant tanq̄ iusti ⁊ aspnabant̄ ceteros ꝑabolam istā dicens: duo hoīes ascenderūt in tēpluꝫ vt orarēt: vn⁹ phariseus ⁊ alter publicanus: phariseus stans: hec apud se orabat: deus gr̄as ago tibi: qꝛ nō sum sicut ceteri hoīum raptores iniusti adulteri: velut ēt hic publican⁹. Jeiuno bis ī sabbato: decīas do oīum q̄ possideo: ⁊ publican⁹ a longe stans nolebat: nec oculos ad celuꝫ leuare: sed ꝑcutiebat pectus suuꝫ dicens: deus ꝓpitius esto mihi pctōri. Amen dico vobis: descēdit hic iustificatus in domū suā ab illo: qꝛ oīs q se exaltat humiliabit̄ ⁊ q se humiliat exaltabit̄. Offer. Exaltabo te dn̄e quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me domine clamaui ad te ⁊ sanasti me. Secreta.

RESpice q̄s domine ad nostram ꝓpitius seruitutē vt hoc qđ offerim⁹ sit tibi munus acceptū sit nr̄e fragilitati subsidiū. ꝑ. Com. Honora dn̄ꝫ de tua substātia ⁊ de primitijs fruguꝫ tuaꝝ: vt impleant̄ horrea tua saturitate ⁊ vino torcularia redundabunt. Compl.

SEntiamus dn̄e quesum⁹: tui ꝑceptiōe sacr̄i subsidiū mentis ⁊ corporis: vt in vtroq̄ saluati celestis remedij plenitu

dine gl̃iemur. Per. ¶ Feria. iiij. Lcõ ad Corin. VI. C. epi. j.



Fratres: Nescitis quoniaz corpa vr̃a membra sunt christi. Tollens ergo mẽbra chr̃i faciaz mẽbra meretricis absit: an nescitis qm̃ qui adheret meretrici vnum corpus efficitur. Erunt inquit duo in carne vna: qui autẽ adheret domino: vn⁹ spiritus est: fugite fornicationẽ. Omne eni peccatũ qd̃cũq; fecerit homo extra corpus est: qui aũt fornicat̃ in corpus suũ peccat. An nescitis qm̃ mẽbra vr̃a templum sunt spũssancti qui in vobis est: quez habetis a deo ⁊ non estis vr̃i. Empti eniz estis precio magno glorificate ergo ⁊ portate deuz in corpore vr̃o. Euãgeliũ. Qui nõ ẽ mecũ ꝯtra me ẽ. fo. 30. ¶ Feria. vj. Lectio ad corinthios. IX. C. epl̃e. j.



Fratres: Cũ liber essez ex oĩbus: oĩum me ſuuz feci vt plures lucrifacerem fact⁹ suz iudeis tanq̃z iudeus vt iudeos lucrarer: his q sub lege sunt q̃si sub lege essez: cũ ip̃e nõ essez sub lege: vt eos q sub lege erãt lucrifacerẽ: his q sine lege erãt tanq̃z sine lege essem cũ sine lege dei nõ essem: ſz in lege essem chr̃i: vt lucrifacerẽ eos q sine lege erãt factus sum infirmis ĩfirmus vt infirmos lucrifacerez: omnibus oĩa factus suz vt oẽs facerem saluos: oĩa aũt facio propter euãgeliũ vt particeps eius efficiar. Euãgelium. Interrogatus iesus a phariseis quãdo venit. folio. 31. ¶ Dominica. xij. Introitus.



Deus in adiutoriuz meũ intẽde: dñe ad adiuuandum me festina cõfundant̃ ⁊ reuereantur inimici mei: qui q̃rũt aĩaz meaz. ps. Auertant̃ retrorsũ ⁊ erubescãt q cogitãt mihi mala. or̃.

Omp̃s ⁊ miſicors de⁹ de cuius munere venit vt tibi a fidelib⁹ tuis digne ⁊ laudabil̃r seruiat̃: tribue q̃s nobis: vt ad tuas ꝓmissiones sine offensione curram⁹. Per domi. Ad corinthios. III. C ij. epist.

Fratres: Fiduciam talem habem⁹ ꝑ chr̃m ad deuz: nõ qd̃ sufficiẽtes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: ſz sufficiẽtia nr̃a ex deo est:

qui idoneos nos fecit ministros noui testamēti: nō lr̄a sz spū lr̄a eni occidit: spūs aūt viuificat. Nō si ministratio mortis literis deformata i lapidib⁹ fuit i gl̄ia: ita vt nō possent intēdere filij israel in faciē moysi ꝓpter gl̄iaz vultus ei⁹ que euacuat quō nō magis ministratio spūs erit in gl̄ia. Naz si ministratio dānatiōis in gl̄ia ē: mlto magis abundat ministeriū iustitie in gl̄ia. **Gra.** Benedicam dño in oi tpe semp laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabi tur aīa mea audiant māsueti z letēt. **Alla.** ℣. Exultate deo adiutori nr̄o iubilate deo iacob sumite psalmuz iucūdū cū cithara. **Scōz mar.** VII.



In illo tempore. Exiēs ihesus de finibus tyri vēit p sydonē ad mare galilee iter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdū z mutū: z deꝑcabant eū vt ponat illi manum. Et apꝑhēdens eū de turba seor suz misit digitos suos i auricu las ei⁹ z expuēs tetigit liguaz ei⁹: z suspiciēs i celū: igemuit z ait illi. Effeta quod ē adaperire Et statim aperte sunt aures eius z solutū ē vinculū linguae eius: z loquebatur recte. Et pre cepit illis ne cui dicerent: quāto autem eis ꝑcipiebat: tanto magis plus ꝑdicabāt: z eo amplius admirabantur dicentes. Bene oia fecit: z surdos fecit audire z mutos loqui. **Offer.** Precatus est moyses i cspectu dñi dei sui z dixit ꝑcat⁹ ē moyses in cspectu dñi dei sui z dixit quare dñe iraſceris i pplo tuo pce ire animi tui memēto abraā ysaac z iacob qbus iurasti dare terrā fluēte lac z mel placat⁹ fact⁹ ē dñs de malignitate quā dixit facere populo suo. **Secreta.** Hostias qs dñe ꝑpiti⁹ intende: quas sacris altaribus exhibem⁹: vt nobis indulgentiaz largiendo tuo nomini dent honorē. Per. **Commu.** De fructu operū tuoz dñe satiabitur terra vt educas panē de terra z vinū letificet coz hois vt exhilaret faciem in oleo z panis coz hominis cō firmet. **Complenda.** Vuificet nos qs dñe hui⁹ participatio sctā mysterij: z pariter nobis expiationez tribuat z munimē. Per. **Tſcf lij. Lō. ad corin.** IIII. **cpl'e. ij**



Fratres: Non ꝑdicamus nos metipsos: sed ihesuz christum dominum nostrum: nos autez seruos vestros per christum ihesum quoniā de⁹ q dixit de tenebris lucē splēdescer q illuxit i cordib⁹ nr̄is: ad illuminationē

scientie claritatis dei in facie ie
su christi. Habemus autem the
saur istum i vasis fictilibus: vt
sublimitas sit virtutis dei et nō
ex nobis. In oībus tribulatio-
nē patimur: sed non angustia-
mur apportamur: sed non desti
tuimur persecutionez patimur
sed non derelinqmur: humilia-
mur: sed non ꝓfundimur: deiici
mur sed nō perimus: semp mor
tificationez iesu in corpore nr̄o
circūferentes: vt et vita iesu in
corporibus nostris manifestet.

℣ Secundum Matthe. IX.

In illo tempore: Transeū-
te iesu secuti sunt eum duo ceci
clamantes et dicentes. Miserere
re nostri fili dauid. Cum autez
venisset domum accesserūt ad
eum ceci. Et dicit eis iesus Cre
ditis q̄ hoc possum facere vo-
bis: dicunt ei. Utiq; dñe. Tunc
tetigit oculos eor dicens: ſm fi
dem vestrā fiat vobis. Et aper
ti sunt oculi eor et comminat⁹
est eis iesus dicens. Videte ne
q̄s sciat. Illi aūt exeuntes: diffa
mauerunt eū in tota terra illa.
Egressis aūt illis: ecce obtule-
runt ei hoiem mutū demoniū
hñtez. Et eiecto demonio locu
tus est mutus: et mirate sūt tur-
be dicētes. Nunq̄ apparuit sic
in israel. Pharisei aūt dicebāt.
In principe demoniorū eiicit
demonia. Et circuibat iesus ci-
uitates oēs et castella: docens in
synagogis eor: et predicās euā
gelium regni: et curans omnem
languorē et omnez infirmitatē.

℣ Feria.vj. Ad Corinth. X.

Fratres: Fugite ab idolo
rū cultura vt prudētibus
loquor: vosipsi iudicate q̄d dico
Calix bñdictionis cui benedici
mus: nonne cōicatio sanguinis
christi est. Et panis quē frangi-
mus: nōne participatio corpis
dñi est. Qm̄ vnus panis et vnū
corpus multi sumus oēs q̄ de
vno pane et de vno calice ꝓtici
pamus in christo iesu dño nr̄o.

℣ Secundum Matthēū. XI.

In illo tpe: Cepit iesus cr̄
probrare ciuitatibus in quibus
facte sunt plurime vtutes ei⁹:
q̄r non egissent penitētiam. Ue
tibi corozaim: ve tibi bethsai-
da: q̄r si in tyro et sydone facte es
sent virtutes que facte sunt in
vobis: olim in cilicio et cinere pe
nitentiaz egissent. Verumtamē
dico vobis tyro et sydoni remis
sius erit in die iudicij q̄z vobis.
Et tu capharnauz: nūquid vsq̄z
in celum exaltaberis vsq̄z in in
fernū descēdes: q̄r si et sodomis
facte eēnt vtutes que facte sūt
in te: forte māsissent vsq̄z in hāc
diem: verumtamen dico vobis:
quia terre sodomorum remissi-
us erit in die iudicij q̄z vobis.

℣ Dominica.xvij. Introitus.

Respice



Respice dñe in testamētum tuum et aias pauperū tuo rū ne derelin quas in finez: exurge dñe z iudica causaz tuaz z ne obli uiscaris vo/ces q̄rētiuz te. ℣. Ut qd de⁹ repulisti in finē: irat⁹ ē furor tu⁹ sup oues pascue tue. Oro

Omnipotens sempiterne deus da nobis fidei: spei z charitatis augmentū: z vt mereamur assequi qd promittis: fac nos amare qd precipis. Per dñm nr̄m ihesuz. Ad galathas. III.



Fratres: Abrae dicte sunt promissiones: z semini eius. Non dicit z seminib⁹ q̄si in multis: sed q̄si in vno: z semini tuo: q est chr̄us: hoc aūt dico. Testamentum cōfirmatū a deo: que post quadringentos z triginta ānos fcā ē lex: nō irritū facit ad euacuādaz promissionē. Nā si ex lege eēt hereditas: iā nō ex promissiōe: abrae āt p repromissionē donauit de⁹ qd igit̄ lex pp trāsgressionē posita ē donec veniret semē cui promiserat: ordinata p angelos in manu mediatoris: Mediator āt vni⁹ nō est: de⁹ aūt vn⁹ ē: lex ergo aduersus promissa dei. Absit. Si enī data eēt lex q̄ posset viuificare: vere ex lege esset iustitia: sed cōclusit scriptura oia sub peccato vt promissio ex fide ihesu chr̄isti daretur credentibus. Graduale. Respice dñe in testamētum tuuz z aias pauperuz tuoz ne obliuiscaris in finē. ℣. Exurge dñe z iudica cām tuā memor esto obprobrij tuoz tuoz. Alt. ℣. Dñe de⁹ salutis mee i die clamaui z nocte coram te. Scōz Lucā. X.



In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis. Beati oculi q videt̄ q vos videtis: dico enī vobis: q̄ mlti reges z prophete voluerūt videre que videtis et nō viderūt: z audire q̄ auditis z nō audierūt. Et ecce qdā legisperitus surrexit: tēt̄as illū z dicēs: magister: qd faciēdo vitā eternam possidebo. At ille dixit ad eū. In lege qd scriptū ē. Quo legis. Ille rñdēs dixit. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo z ex tota aia tua: z ex oibus viribus tuis z ex oi mēte tua: z proximū tuū sic teipm. Dixitq; illi. Recte rñdisti. Hoc fac z viues. Ille āt volēs iustificare seipz dixit ad ihesum. Et qs ē meus pri

mus. Suspiciēs āt iesus dixit. Hō qdā descēdebat ab hierusalem in hierico: ⁊ incidit in latrones. Qui etiā despoliauerūt eū Et plagis ipositis abierūt semiuiuo relicto. Accidit āt vt sacerdos qdā descēderet eadē via: ⁊ viso illo ꝑteriuit. Sil'r ⁊ leuita cū esset secus locū ⁊ videret eū ꝑtrāsijt. Samaritan⁹ āt qdam iter faciens venit secus eum: et videns eū misericordia mot⁹ est: ⁊ appropiās alligauit vulnera ei⁹ infūdēs oleū ⁊ vinū: ⁊ imponens illū in iumētū suū: duxit i stabulū ⁊ curā ei⁹ egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios et dedit stabulario ⁊ ait. Curā illi⁹ habe: ⁊ quodcūqꝫ sup erogaueris ego cū rediero reddam tibi. Quis hoꝝ triū videt tibi proximus fuisse illi q incidit in latrones at ille dixit. Qui fecit misericordiaꝫ in illuꝫ. Et ait illi iesus Uade ⁊ tu fac similiter. Offer.

In te speraui dñe dixi tu es de⁹ meus in manib⁹ tuis tpa mea Secre.

PRopitiare dñe ppl'o tuo ꝓpitiare mūerib⁹ vt hac oblatiōe placat⁹ ⁊ idulgētiā nobis tribuas ⁊ postulata ꝯcedas. Per do. Cōmu. Panez de celo dedisti nobis dñe hñtē oē delectamētum ⁊ oēm saporē suauitatis. Cōp.

SUmptis dñe celestibus sacramētis ad redēptionis etne q̄s ꝓficiam⁹ augmētū. ꝑ.

Feria .iiij. ad corin. V. C. ii.



FRēs. Scim⁹ qm̄ si terrestris domus nr̄a huius hītatiōis dissoluat: qd̄ edificationez ex deo hēmus domū nō manufactaꝫ: sed eternā in celis. Naꝫ ⁊ in hoc igemiscim⁹ hītationez nr̄aꝫ que de celo ē supindui cupiētes: si tñ vestiti ⁊ nō nudi iueniamur. Naꝫ qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscim⁹ grauati eo qd̄ nolum⁹ expoliari: sꝫ sup vestiri: vt absorbeatur qd̄ mortale ē a vita. Qui āt efficit nos: in hoc ip̄m de⁹ q dedit nobis pignus spūs: audiētes igit̄ semp ⁊ sciētes. Qm̄ dū sumus in corpe peregrinamur a dño: per fidē enī ābulam⁹ ⁊ nō ꝑ speciem audem⁹ aūt ⁊ bonā volūtatē: hēm⁹ magis peregrinari a corpe ⁊ pñtes eē ad deū: ⁊ iō cōtēdim⁹ siue absentes: siue pñtes placere illi. Oēs eni nos manifestari oportet añ tribunal chr̄i vt referat vnusqsqꝫ ꝓpria corporis ꝓut gessit siue bonū: siue malū. Sciētes ergo timorez domini hominib⁹ suademus deo aūt manifesti sumus. Spero āt ⁊ in conscientijs vestris manifestos nos esse per iesum chr̄m dominum nostrum. Amen.

Secunduꝫ Mattheū. C.XII.



In illo tempore. Abeuntes pharisei ꝯsiliū fecerūt aduersus iesū ꝙ quō eū pderēt. Jesus āt sciēs recessit inde et secuti sunt eū mlti ⁊ curauit eos oēs. Et p̄cepit eis ne manifestū eū facerēt vt adimpleret qđ dictū est p esaiaꝫ ꝓphetā dicētē. Ecce puer meꝰ quē elegi: dilectus meꝰ in quo bene cōplacuit aie mee: ponā spūm meū sup eum: ⁊ iudiciū meū gētibꝰ nūciabit. Nō cōtēdet neq; clamabit: neq; audiet aliqs in plateis vocē eiꝰ: arūdinē quassataꝫ nō cōfringet ⁊ linū fumigās non extinguet: donec eiciat ad victoriaꝫ iudiciū: ⁊ in nomine eiꝰ gentes sperabunt. ℂ Feria sexta ad Thessalonicenses III. C. epla j.



Fratres. Quā gr̄aꝫ actionē possumus deo retribuere p vobis in oi gaudio q̄ gaudemꝰ pp vos añ deū nr̄m die ac nocte abūdāti⁹ orātes vt videamus faciē vr̄am vt cōpleamus ea que desunt fidei vr̄e. Ip̄e āt deus ⁊ pater nr̄ ⁊ dñs iesus xp̄s dirigat viā nr̄am ad vos: vos autem dominus multiplicet: et abundare faciat charitatem in inuicem ⁊ in omnes quēadmodū: ⁊ nos in vobis ad cōfirmāda corda vra sine q̄rela in sctitate ante deū ⁊ patrē nr̄m i aduentu domini nostri iesu christi cum omnibꝰ sanctis eius amē. Secundum Lucam. XIII. C.



In illo tempore. Ibat iesus p ciuitates ⁊ castella docēs ⁊ iter faciens in hierl̄z: ait aūt illi quidaꝫ. Domine: si pauci sunt qui salnā tur: ipe aūt dixit ad illos. Cōtendite intrare p angustaꝫ portā: q̄ multi dico vobis: q̄rūt intrare ⁊ nō poterūt. Cū āt intrauerit pr̄ familias: ⁊ clauserit ostiū ⁊ incipietis foris stare ⁊ pulsar̄ ostiū dicētes dñe aperi nobis: ⁊ rñdēs dicet vobis. Nescio vos vnde sitis: tūc incipietis dicere manducauim⁹ ⁊ bibimus coram te: ⁊ in plateis nr̄is docuisti: ⁊ dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me oēs operarij iniqtatis i tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ ⁊ stridor dentium: cum videritis abraaꝫ ⁊ ysaac ⁊ iacob ⁊ omnes ꝓphetas in regno dei. Vos autem expelli foras: et venient ab oriente et occidente et aquilone et austro: et accumbent in regno dei. ℂ Dominica decima quarta. Introitus.



Protector noster aspice deus ⁊ r̄spice in faciez christi tui: qꝛ melior ē dies vna i atrijs tuis sup milia. psal's Quam dilecta tabernacula tua domine virtutuz concupiscit ⁊ deficit aīa mea in atria domini. Oratio.

Custodi q̄sumus dñe ecclesiā tuā ꝓpitiatiōe perpetua: ⁊ qꝛ sine te labit̄ humana mortalitas tuis semp auxilijs ⁊ abstrahat̄ a noxijs ⁊ ad salutaria cūcta dirigatur. Per dñm no. Ad galathas. V.C.



Fratres: Spū ābulate ⁊ desideria carnis nō ꝑficietis. Caro eni cōcupiscit aduersus spiritū: spūs āt aduersus car nē. Hec eniz sibi inuicē aduersāt̄: vt nō q̄cūqꝫ vultis illa faciatis. Quod si spū ducimini: nō estis sub lege. Manifesta autez sunt opa carnis que sunt: fornicatio immūditia: luxuria: idoloꝝ ꝟuitus: veneficia: inimicitie: ꝯtētiones: emulatiōes: ire: rixe: dissensiōes: hereses: secte: inuidie: homicidia ebrietates: comessationes: ⁊ his sil̄ia que p̄dico vobis sicut p̄dixi qm̄ q talia agunt regnū dei nō ꝯsequent̄: fructꝰ aūt spūs est charitas: gaudiuz: pax patiētia: lōganimitas: bonitas: benignitas: fides: modestia: cōtinētia: castitas aduersus huiusmodi nō ē lex. Qui aūt sunt xp̄i carnē suā crucifixerūt cū vitijs ⁊ concupiscentijs. Graduale.

Bonū ē cōfiteri dño ⁊ psallere noi tuo altissime. ℣. Ad ānūciādū mane miam tuā ⁊ veritatē tuā ꝑ noctez. Alla. ℣. Dñe refugiū factꝰ es nobis a generatione ⁊ progenie. Secundum Lucam. XVIII.



In illo tp̄e. Dū iret iesus i hierusalē trāsibat ꝑ mediaz samariā ⁊ galileā. Et dū ingrederetur quoddā castelluz: occurrerūt ei decem viri leprosi: qui steterūt a lōge ⁊ leuauerūt vocē dicētes. Jesu p̄ceptor miserere nr̄i quos vt vidit dixit. Ite ostēdite vos sacerdotibꝰ. Et factū ē dū irēt: mūdati sunt: vnus aūt ex illis vt vidit qꝛ mūdatus est regressus ē cū magna voce magnificās deū: ⁊ cecidit i faciē añ pedes eiꝰ gr̄as agēs. Et hic erat samaritanꝰ. Rñdēs aūt iesus dixit. Nōne decē mūdati sūt ⁊ nouē vbi sunt. Nō ē inuētus

qui rediret z daret glorias deo: nisi hic alienigena. Et ait illi ihesus. Surge vade: quia fides tua te saluum fecit. Offertorium. Immittit angelus dñi in circuitu timentiũ eum z eripiet eos gustate et videte qm̃ suauis est dominꝰ. Sec. Concede nobis quesumꝰ domine: vt hec hostia salutaris z nostrorum fiat purgatio delictorum: z tue propicatio maiestatis. Per. Cõmunio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Complenda. Purificent nos qs domine semper z muniant tua sacramenta z ad perpetue ducãt saluationis effectũ. Per. ¶ Feria.iiij. Ad corin. vj. C. ij. epla Fratres: Nolite iuguz ducere cum infidelibꝰ. Que enim participatio iustitie cũ iniquitate aut que societas luci ad tenebras. Que autem conuentio christi ad belial: aut que ps fideli cum infideli. Qui autẽ cõsensus templo dei cũ idolis vos enim estis templum dei viui sicut dicit deus. Quoniam inhabitabo in illis: z inambulabo: z ero illorum deus. Et ipsi erunt mihi populus: ppter quod exite de medio eorum: z separamini dicit dominus: z immundũ ne tetigeritis z ego recipiam vos: z ero vobis in patrem: z vos eritis mihi in filios z filias dicit dominus oꝑs. Has igit habentes promissiones charissimi mundemus nos ab oi inquinamento carnis z spiritus perficientes sanctificationem in timore christi per ihesum christuz dñm nr̃m. Scõm Marcũ. j. C. In illo tempore. Venit ad ihesum quidaz leprosus deprecans eum. Et genu flexo dixit. Si vis potes me mundare. Jesus autem misertus eius extendit manum suam: z tangẽs cum ait illi. Volo mundare. Et cum dixisset statim discessit ab eo lepra z mundatus est: z comminatus est ei. Statimq; eiecit illum: z dicit ei. Vide nemini dixeris. Sz vade ostende te principi sacerdotũ z offer pro emundatione tua que p̃cepit moyses in testimoniũ illis z egressus cepit p̃dicare z diffamare sermonez ita vt iaz non posset manifeste in ciuitatẽ introire sed foris i desertis locis esse. Et ꝙueniebant ad eũ vndiq;. ¶ Feria.vj. Ad Thimotheuz. v. C. epistole.j. Carissime: Presbyteri qui bene presunt: duplici honore digni habeantur maxime qui laborant in verbo z doctrina: dicit enim scriptura. Non infrenabis os boui trituranti: z dignus est operarius mercede sua aduersus presbyterꝫ accusationez noli recipere nisi sub

duobus aut tribus testibus pec
cãtes coꝝ omnibus argue: vt
ꝛ ceteri timorem habeant. Te-
stor coraz deo iesu christo ꝛ ele
ctis angelis eius vt hec custo-
dias sine preiudicio nihil faci
ens in alteram partem declinã
do. Secundum Marcuz. VIII

IN illo tempore. Exierunt
pharisei ꝛ ceperunt conq
rere cũ iesu querentes ab illo si
gnum de celo tentantes eum.
Et ingemiscens spũ ait. Quid
generatio ista signũ q̃rit. Amẽ
dico vobis. Si dabit gñationi
isti signum. Et dimittens eos:
ascẽdit iteꝝ nauim ꝛ abijt trãs
fretũ. Et obliti sũt sumere pães
ꝛ nisi vnũ panẽ non hẽbant secũ
in naui. Et p̃cipiebat eis dicẽs vi
dete ꝛ cauete a fermento phari
seoꝝ ꝛ a fermento herodis. Et
cogitabãt alter ad alteꝝ dicen-
tes qꝛ panes nõ habem⁹. Quo
cognito iesus ait illis. Quid co
gitatis qꝛ panes nõ hẽtis. Non-
dũ cognoscitis nec intelligitis:
adhuc cecatũ habetis cor vr̃m.
Oculos hñtes non videtis et
aures hñtes nõ auditis nec re
cordamini qñ quinq panes fre
gi in quinq milia ꝛ quot cophi
nos fragmentoꝝ plenos sustu-
listis dicũt ei duodeci. Quãdo
ꝛ septẽ panes in quatuor milia:
quot sportas fragmentoꝝ tuli-
stis. Dicunt ei septẽ. Et dicebat
eis: Quomõ nondum intelligi
tis. ¶ Dominica. xv. Introit⁹



INclina dñe au-
rem tuam ad
me et exaudi
me: saluũ fac
seruũ tuũ de-
us meus spe-
rantẽ in te: mi
serer mihi do-
mine qñ ad
te clamaui to
ta die. ℣ Le
tifica aiam serui tui quoniam ad te
domine animam meã leuaui. Dio.

ECclesiaz tuã domine mi-
seratio ꝑtinuata mundet
ꝛ muniat: ꝛ qꝛ sine te nõ põt sal-
ua ꝑsistere: tuo semp munere gu
bernetur. Per. Ad gala. VI.

FRatres: Si spũ viuimus
spiritu ꝛ ambulemus. Nõ
efficiamur inanis glorie: cupidi
inuicem prouocantes inuicem
inuidẽtes frẽs ꝛ si preoccupatus
fuerit hõ in aliquo delicto vos
q spirituales estis huiusmodi in
struite in spũ lenitatis ꝓsiderãs
teipsũ ne ꝛ tu tẽteris: alter alte
rius onera portate: ꝛ sic adiple
bitis legẽ christi. Nã si quis exi
stimat se aliqd esse cuꝝ nihil sit
ipse se seducit. Opus aũt suum
probet vnusquisq ꝛ sic i semet-
ipso tm̃ gloriã habebit ꝛ non in
altero vnusqsq enim onus su-

um portabit. Cõicet aũt his q
cathetizaſ verbo ei q ſe catheti
zat in oĩbus bonis. Nolite erra
re deus nõ irridet que enĩ ſemi
nauerit hõ: hec & metet qñ qui
ſeminat in carne ſua: de carne &
metet corruptionẽ: qui aũt ſemi
nat in ſpũ: de ſpũ & metet vitaz
eternã bonuz aũt facientes nõ
deficiamus tpe enim ſuo mete=
mus non deficiẽtes. Ergo duz
tempus habemus operemur
bonum ad omnes: maxime au
tem ad domeſticos fidei. Gra.
Bonum eſt ꝛfidere in dño ꝙ confi
dere in homine. ℣. Bonũ eſt ſpe
rare in dño quam ſperare in prinçi
pibus. Alla. ℣. Venite exultem⁹
dño iubilemus deo ſalutari nr̃o pre=
occupemus facie eius in ꝛfeſſione et
in pſalmis iubilem⁹ ei. ꝛs mat. VI.
In illo tpe: Dixit ieſus diſci
pulis ſuis. Nemo põt duo=
bus dñis ſeruire aut enĩ vnum
odio habebit & alteruz diliget:
aut vnũ ſuſtinebit & alterz con=
tẽnet. Non poteſtis deo ſeruire
& mãmone. Jõ dico vobis ne
ſoliciti ſitis anime veſtre quid
manducetis neq̃ corpori ve=
ſtro quid induamini. Nõne ani=
ma plus eſt q̃ eſca. Et corpus
pluſ q̃ veſtimentum. Reſpicite
volatilia celi: quoniã non ſerũt
neq̃ metunt: neq̃ congregant
in borrea & pater veſter celeſtis
paſcit illa. Nõne vos magis plu=
ris eſtis illis. Quis aũt veſtruz
cogitans poteſt adĩcere ad ſta=
turam ſuã cubitũ vnum: Et de
veſtimento quid ſolliciti eſtis.
Conſiderate lilia agri quomo
do creſcunt non laborant neq̃
nent. Dico autem vobis quo=
niam nec ſalomon in omni glo
ria ſua coopertus eſt: ſicut vnũ
ex iſtis. Si autem fenum agri
quod hodie eſt: & cras in cliba=
num mittitur deus ſic veſtit q̃n
to magis vos modice fidei. No
lite ergo ſolliciti eẽ dicentes: qd
manducabimus aut quid bibe=
mus aut quo operiemur: hec
enim omnia gentes inquirunt.
Scit enim pater q̃ his omnib⁹
indigetis. Querite ergo primũ
regnũ dei & iuſtitiaz eius & hec
oĩa adĩcient vobis. Offertor.
Expectãs expectaui dñm & reſpe=
xit me & exaudiuit deprecationẽ meaz
& immiſit in os meum canticum no=
uum hymnum deo noſtro. Secre.
Tua nos dñe ſacra cuſtodi
ant & ptra diabolicos ſẽp
tueant incurſus. Per. Cõmu.
Qui mãducat carnem meam & bi
bit ſanguinem meum in me manet &
ego in eo dicit dñs. Cõpl.
Mentes nr̃as & corpa nr̃a
poſſideat q̃s dñe doni celeſtis
opatio: vt non nr̃ ſenſus in no=
bis: ſz iugiter ei⁹ pueniat in no
bis effectus. Per dñz. C Feria
quarta. Ad colloſſenſes. I.C.

Ar̄ēs: Gratias agētes deo patri q dignos nos fecit in ptez sortis scōꝝ in lumine: q eripuit nos de potestate tenebrarū ⁊ trāstulit in regnū filij dilectiōis sue in quo hēmus redemptionē ⁊ remissionē oium pctōrū q est imago dei iuisibilis primo genitus oīs creature: qꝛ in ipso ꝯdita sunt vniuersa in cel' ⁊ in terra visibilia ⁊ iuisibilia: siue throni siue dñatiōes siue p̄ncipat⁹ siue ptātes. Oīa ꝑ ipsuz ⁊ in ipso creata sūt: ⁊ ipse est ante oēs. Et oīa in ipso ꝯstant. Et ip̄e est caput corpis ecclie q est pricipiū primogenit⁹ ex mortuis: vt sit ipse in oībus primatuz tenēs iesus chr̄s dñs nr̄. ¶ Euangelium scōm mattheuz. V.C. Audistis qꝛ dictū est antiqs diliges proximū tuum. folio. 35.

¶ Feria.vj. Ad Hebreos. III.

Ar̄ēs: Cōsiderate apl'm ⁊ pontificez ꝯfessiōis nr̄e iesum: q fidel' est ei q fecit illū: sicut ⁊ moyses in oī domo illi⁹: āplioris eni gl'ie iste p̄ moyse dignus hitus est: q̄nto ampliorē honorem dom⁹ hz dñs q fabrificauit eā: que domus sum⁹ nos. Oīs nāqꝫ dom⁹ fabricat' ab aliquo. Qui aūt oīa creauit de⁹ est. Et moyses qdē fidelis erat in tota domo eius tanq̄ꝫ famulus i testimoniū eoꝝ q̄ dicenda erant: chr̄s vo tanq̄ꝫ fili⁹ in domo sua: q̄ dom⁹ sumus nos si fidutiaz ⁊ gl'iam spei vsqꝫ ad finē firmuz retineamus. Scōm lucā. XX.C

In illo tpe. Factuz est vna dieꝝ docente iesu in tēplo ppl'm ⁊ euāgelizāte: cōuenerūt principes sacerdotū ⁊ scribe cū senioribꝰ ⁊ aiunt: dicētes ad illū. Dic nobis in q̄ potestate hec facis: aut qs est q dedit tibi hanc ptātem. Rn̄dēs aūt iesus dixit ad illos. Introgabo vos ⁊ ego vnū sermonē rn̄dete mihi. Baptismū ioannis de celo erat: an ex hoībus: at illi cogitabāt itra se dicentes. Quia si dixerim⁹ de celo dicet: q̄re ergo nō credidistis illi: si dixerimus ex hoībus plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt eni ioannē ꝓphetaz esse. Et rn̄derūt se nescire vnde eēt. Et iesus ait illis. Neqꝫ ego dico vobis i q̄ potestate hec facio. ¶ Dñica.xvj. Introitus.



Miserere mihi dñe: qm̄ ad te clamaui tota die qa tu dñe suauis ac mitis es: ⁊ copiosus i misericordia oībus inuocantibus te. ps. Inclina dñe aurem tuam ⁊ exaudi me quoniam

inops ⁊ pauper sum ego. Oratio.

Tua nos dñe quesum⁹ gratia semper preueniat ⁊ sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intẽtos. Per dominũ nr̃m. Ad ephesios. III.C

Fratres: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis q̃ ẽ gloria vestra hui⁹ rei gratia flecto genua mea ad patrez domini nostri iesu christi: ex quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra noiatur vt det vobis scd̃m diuitias glorie sue virtute corobari ꝑ spiritum eius in interiori hoĩe habitare christum per fidez in cordibus vestris. In charitate radicati ⁊ fundati vt possitis cõprehendere cum omnibus sanctis que sit: latitudo: longitudo sublimitas: ⁊ profundum: scire etiam supereminentez scientie charitatem christi: vt impleamini in omnem plenitudinez dei. Ei autez qui potens est omnia facere superabũdanter quaz petimus aut intelligimus scd̃m virtutẽ que operatur in nobis ipsi gloria in ecclesia ⁊ ĩ christo iesu ⁊ in omnes generationes seculi seculorum amen. Grad.

Timebunt gentes nomen tuum domine ⁊ omnes reges terre gloriaz tuam. ℣. Quoniam edificauit dominus syon ⁊ videbit̃ in maiestate sua. Alleluia. ℣. Paratum cor meũ deus paratum cor meum cantabo ⁊ psallã in gl̃ia mea. Fm luc. VII.C

In illo tpe. Ibat iesus in ciuitatez que vocat̃ naym ⁊ ibant cũ eo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Cũ aũt appropinq̃ret porte ciuitatis: ecce defũct⁹ efferebat̃ filius vnic⁹ mr̃is sue: ⁊ hec vidua erat ⁊ turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cuz vidisset dñs: misericordia motus sup eam dixit illi: Noli flere. Et accessit ⁊ tetigit loculũ: hi autez q portabãt steterũt. Et ait adolescẽs tibi dico surge: ⁊ resedit qui erat mortuus ⁊ cepit loqui ⁊ dedit illum matri sue: accepit autem omnes timor ⁊ magnificabant deum dicentes. Quia ꝓpheta magnus surrexit ĩ nobis ⁊ qꝛ deus visitauit plebẽ suam. Offertorium. Domine in auxilium meuz respice confundantur ⁊ reuereantur qui querunt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Munda nos quesum⁹ domine sacrificij presentis effectu ⁊ perfice miseratus ĩ nobis vt eius mereamur esse participes. Per dominum nostrũ iesum christum filium. Cõmu.

Domine memorabor iustitie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea ⁊ vsqz in senectam ⁊ senium deus ne derelinquas me. Cõplenda.

Purifica quesumus domine mentes nostras beni-

gnus ⁊ renoua celestibus sacra mentis vt ꝯsequenter ⁊ corporum ⁊ animaꝝ presens pariter ⁊ futuꝝ capiamus auxiliũ. Per dominum nostrũ. ¶ Feria.iiij. Ad collossenses II.



FRatres: Uidete ne qs vos decipiat per philosophiã ⁊ inanem fallaciam ꝑm traditionem hoĩum: ꝑm elementa mundi ⁊ nõ ꝑm christum: qꝛ in ipso hĩtat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter ⁊ estis in illo repleti: qui est caput omnis principatus ⁊ potestatis in quo ⁊ circuncisi estis circuncisione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circuncisione christi con/sepulti ei in baptismo in quo et resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit eum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis ⁊ prepucio car/nis vestre cõuiuificauit vos cũ illo donans vobis omnia delicta: per ipsum chr̃m dñm nr̃m. Secundum Marcum. VIII.

IN illo tempore: Uenit iesus bethsaida ⁊ adducunt ei cecum: ⁊ rogabant eum: vt illuꝫ tangeret: ⁊ apprehensa manu ceci eduxit eum extra vicuꝫ: ⁊ expuẽs in oculos eius impositis manibus suis interrogauit eum si aliqd videret: ⁊ aspiciens ait. Uideo homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius ⁊ cepit videre ⁊ restitutus est: ita vt clare videret oĩa. Et misit illum in domũ suam dicens: vade in domum tuam. Et si in vicuꝫ introieris nemini dixeris. ¶ Feria. vj. Ad Philippenses. II.



FRatres: Si q̃ consolatio in christo: si quod solatium charitatis: si q̃ societas spiritus: si qua viscera miserationis implete gaudium meum: vt idem sapiatis eandem charitatem habentes vnanimes: idipsum sentientes nihil per contentionem neqꝫ ꝑ inanem gloriam: sed in humilitate superioris sibi inuicem arbitrantes: non que sua sunt singuli considerantes: sed ea que alioruꝫ in christo iesu domino nostro. Secundũ Matt. XVII

IN illo tempore: Cum venisset iesus ad turbam ac/cessit ad eum homo genib⁹ prouolutus ante eum dicens. Domine miserere filio meo quia lunaticus est ⁊ male patitur: nam sepe cadit in ignem ⁊ crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis ⁊ non potuerunt cura/

re eum. Respondens autem ie sus ait. O generatio incredula ⁊ peruersa: quousq; ero vobis cum vsq; quo patiar vos. Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum ieſus: ⁊ exijt ab eo demonium: ⁊ curatus eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſerũt diſcipuli ad ieſum ſecreto ⁊ dixerunt. Quare nos non potuim⁹ ejicere illum. Dicit illis ieſus, propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis: ſi habueritis fidem ſicut granũ ſinapis: dicetis mõti huic: tranſi hinc ⁊ tranſibit ⁊ nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autem genus non ejicitur niſi per oratione ⁊ ieiunium. ¶ Dñica.xvij. Intro.



Juſtus es dñe ⁊ rectum iudicium tuum: fac cum ſeruo tuo ſm̃ miſericordiam tuam. ℣. Beati immaculati in via q̃ ambulant in lege domini. Oro.

Da queſumus domine populo tuo diabolica vitare contagia: ⁊ te ſolum deum pura mente ſectari. Per dominũ nostrum. Ad ephes. IIII. Frẽs: Obſecro vos ego vinct⁹ in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis: cum omni humilitate et manſuetudine cũ patientia ſupportantes inuicem in charitate ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis: vnum corpus ⁊ vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocatiõis veſtre: vnus dñs: ⁊ vna fides vnũ baptiſma: vnus deus ⁊ pater omnium: qui ſuper omnes ⁊ per omnia ⁊ in oĩbus nobis qui eſt benedictus in ſcla ſcloꝝ amen. Gra. Beata gens cuius eſt dñs deus eoꝝ ppls quem elegit dñs in hereditatẽ ſibi. ℣. Verbo dñi celi firmati ſunt ⁊ ſpiritu oris eius oĩs virtus eoꝝ. Alla. ℣. In exitu iſrael de egypto domus iacob de pplo barbaro. ℣. Facta eſt iudea ſcificatio eius iſrael poteſtas eius. Secundum Lucam. XIIII. C.

In illo tempore: Cũ intraret ieſus in domum cuiuſdam principis phariſeorum ſabbato manducare panẽ: ⁊ ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo q̃dam hydropicus erat ante illum: ⁊ reſpondẽs ieſus: dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos dicẽs. Si licet ſabbato curare: at illi tacuerunt: ipſe vero apprehenſum ſanauit cum ac dimiſit. Et reſpondens ad illos dixit. Cuius vim aſin⁹ aut bos in puteũ cadet ⁊ non continuo extrahet

illuz die sabbati: ⁊ non poterãt ad hec respondere illi. Dicebat aũt ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos accubitos eligerent dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias: non discumbas in primo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: ⁊ veniẽs is qui te ⁊ illum inuitauit dicat tibi. Da huic locũ: ⁊ tunc icipias cum rubore nouissimum locuz tenere: sed cum vocatus fueris vade ⁊ recũbe in nouissimo loco. Et cum venerit q te inuitauit: dicat tibi amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discũbentibus qꝛ oĩs qui se exaltat humiliabitur: ⁊ q se humiliat exaltabitur. Offer.

Oraui deum meuz ego daniel dicens exaudi dñe preces serui tui illumina faciẽ tuam sup sanctuarium tuum ⁊ propitius intende populũ istuz super quem inuocatum est nomẽ tuum deus. Secreta.

Ma iestatẽ tuam dñe supplicit deprecamur: vt hec scã q̃gerimus ⁊ a p̃teritis delictis nos exuant ⁊ futuris. Per. Com.

Nouete ⁊ reddite dño deo vr̃o oẽs qui in circuitu ei⁹ affertis munera terribili ⁊ ei qui affert spũm principum terribili apd oẽs reges terre. Cõp.

Sanctificatiõibus tuis ops deus ⁊ vitia nostra purgẽtur ⁊ remedia nobis eterna ꝓueniant. ¶ Feria.iiij.quatuor tẽpoꝝ. Intr.



Exultate deo adiutori nr̃o iubilate d̃o iacob sumite psalmũ iucũdũ cũ cythara canite initio mensis tuba qꝛ p̃ceptuz in isrl̃ est ⁊ iudiciũ deo iacob. ps. Testimoniũ in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Misericordie tue remediis q̃s dñe fragilitas nostra subsistat: vt que sua conditione atteritur tua clemẽtia reparetur. Per dñm. Lectio Amos. IX.

Hec dicit dñs. Ecce dies venient ⁊ comprehendet arator messorẽ: ⁊ calcator vue mittentem semen. Et stillabũt montes dulcedinẽ: ⁊ oẽs colles culti erũt. Et ꝯuertã captiuitatẽ ppl̃i mei isrl̃ ⁊ edificabũt ciuitates desertas ⁊ hitabũt in eis: ⁊ plãtabũt vineas: ⁊ bibẽt vinũ eaꝝ: ⁊ faciẽt hortos ⁊ comedẽt fruct⁹ eoꝝ. Et plãtabo eos super humũ suã ⁊ ñ euellã eos vltra d̃tra sua quã d̃di eis dicit dñs ops. Grad. Tollite hostias ⁊ introite in atria eius adorate dominum in au/

la sancta ei⁹. ℣. Reuelabit dñs cõ
dẽsa ⁊ in tẽplo ei⁹ oẽs dicẽt gl̃iã. Se-
quitur Dñs vobiscũ. fine Fle-
ctamus genua. Oratio.

PResta q̃s dñe familie tue
supplicãti vt dum a cibis
corpalib⁹ se abstinẽt a vitijs in
mẽte ieiunent. Per dominuz.

Lectio libri Hesdre .II viij.



IN diebus illis
cõgregat⁹ est
oĩs ppl's q̃si vir vn⁹
ad plateã q̃ est ante
portã aquaꝝ ⁊ dixe-
rũt. Esdre scribe vt
afferret libruz legis
moysi quã precepit
dñs israeliti: attulit ergo esdras
sacerdos librũ corã mltitudine
viroꝝ ac mlierũ cũctisq; q po-
terãt intelligere in die p̃ma mẽ-
sis septimi. Et legit in eo apte
in platea que erat ante portam
aquaꝝ a mane vsq; ad mediaz
diẽ i cõspectu viroꝝ ac mulieꝝ
⁊ sapientum. Et aures oĩs ppl'i
erãt erecte ad librũ. Stetit aũt
esdras scriba sup gradũ ligneũ
quẽ fecerat sibi ad loquẽdũ ⁊ ste-
terũt iuxta eũ. Et aperuit esdras
librũ corã oĩ ppl'o: ⁊ benedixit
esdras dño d̃o magno. Et rñdit
oĩs ppl's amẽ. Eleuãs ãt oĩs po
pulus man⁹ suas icuruati sunt:
⁊ adorauerunt proni in terraz.
Porro leuite silentium facie-
bant in populo ad audiẽdaz le
gem populus aũt stabat in gra
du suo ⁊ legerũt in libro legis
dei distincte ⁊ aperte ad intelli-
gendũ. Dixit aũt neemias sacer
dos. Scribe ⁊ leuite dies sancti
ficatus ẽ dño deo nr̃o: nolite lu
gere nolite flere. Et dixit eis.
Ite comedite piguia bibite ml'-
sum ⁊ mittite ptes eis qui non
p̃parauerunt sibi: q; sctũs dies
dñi ẽ: ⁊ nolite cõtristari: gaudiũ
eteni dñi ẽ fortitudo nr̃a. Gra.

Quis sicut dñs deus nr̃ qui i altis
habitat ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in
t̃ra. ℣. Suscitãs a t̃ra iopẽ ⁊ de ster
core erigẽs paupez. ꝫ mar. IX. C.



IN illo tpe. Rñ
dens vnus de
turba dixit ad iesuz
magister: attuli filiũ
meũ ad te: hñtẽ spm̃
mutum q vbicũq;
eũ app̃henderit al-
lidit eũ: ⁊ spumat et
stridet dẽtibus ⁊ arescit: ⁊ dixi
ad discipulos tuos vt eijcerẽt
illũ ⁊ non potuerunt: qui respõ
dens eis dixit. O generatio in
credula quãdiu apud vos ero:
quamdiu vos patiar afferte il-
lum ad me: ⁊ attulerũt eum. Et
cum vidisset illum: statim spiri
tus conturbauit eum ⁊ elisus in
terram volutabatur spumans
et interrogauit patrem eius.
Quantum temporis est ex quo
ei hoc accidit at ille ait: ab ifan

tia. Et frequenter eũ in ignem ⁊ in aquã misit vt eũ ꝑderet: sed si qd potes adiuua nos: misertꝰ nr̃i. Jesus aũt dixit illi. Si potes credere: oĩa possibilia sunt credẽti. Et cõtinuo exclamans pater pueri cũ lachrymis aiebat. Credo dñe adiuua incredulitatẽ meã. Et cũ vidisset iesus cõcurrẽtez turbã: cõminatꝰ est spũi immũdo dicẽs illi. Surde ⁊ mute spũs. Ego tibi precipio exi ab eo: ⁊ amplius ne ĩtroeas in eũ. Et clamãs ⁊ multũ discerpens eũ exijt ab eo. Et factꝰ est sicut mortuꝰ vt ita mlti dicerent qꝛ mortuꝰ ẽ. Jesus aũt tenens manũ eius eleuauit eũ ⁊ surrexit. Et cũ introisset in domũ discipuli eiꝰ ĩterrogabãt eũ secreto. Quare nos non potuimus eijcere eum. Et dixit illis hoc genus in nullo põt exire nisi in orõne et ieiunio. Offerto.

Meditabor in mãdatis tuis que dilexi valde ⁊ leuabo manꝰ meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hec hostia dñe q̃s emũdet nr̃a delicta ⁊ ad sacrificiũ celebrãdũ subditoꝝ tibi corpora mẽtesq̃ sanctificet. Cõmu.

Comedite pinguia ⁊ bibite mulsuz ⁊ mittite ꝑtes eiꝰ q̃ ñ ꝑparauerũt sibi scũs. n. dies dñi ẽ nolite ꝯtristari gau

Sdiũ eteni dñi ẽ fortitudo nr̃a. Sumẽtes dñe dona Cõp. celestia supplicit depcamur: vt q̃ sedula seruitute donãte te gerimus dignis sensibus tuo munere capiamus. Per. ¶ Feria. vj. quatuor temporꝝ Introitꝰ.



Letetur cor q̃rẽtium dñm q̃rite dñm ⁊ cõfirmamini q̃rite faciẽ eius semp. ps. Cõfitemi dño et inuocate nomẽ eiꝰ: annũciate iter gentes opa eius. Orõ.

Presta q̃s op̃s deus: vt obſuatiões sacras annua deuotione recolentes: ⁊ corpe tibi placeamꝰ ⁊ mẽte. ꝑ d Lcõ Diec ꝓphete. XIIII. C.

Hec dicit dñs: conuertere isrl̃ ad dñm deum tuũ: qm̃ corruisti in iniqtate tua. Tollite vobiscuz v̄ba ⁊ conuertimini ad dominum dicite ei omnem aufer iniquitatem ⁊ accipe bonum et reddemus vitulos labioꝝ nr̃oruz assur non saluabit nos sup equũ nõ ascendemus: nec dicemus vltra dij nr̃i opa manuuz nr̃aruz qꝛ eius q in te ẽ misereberis ppl̃i. Sanabo cõtritiones eoꝝ diligã eos spõtanee qꝛ aduersus ẽ furor meus ab eis. Ero q̃si ros: ⁊ israel germinabit q̃si liliũ ⁊ erũpet radix

eius vt libani: ibunt in directũ rami eius. Et erit q̃si oliua gl̃ia ei⁹ ⁊ odor ei⁹ vt libani. Cõuertent̃ sedentes in vmbra eius viuẽt tritico ⁊ germinabũt q̃si vinea memoriale eius sicut vinũ libani. Ego exaudiã euz: ⁊ dirigam eum vt abietez virentez. Ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiẽs ⁊ intelliget ista intelligẽs ⁊ sciet hec. Qr recte vie dñi ⁊ iusti ambulabũt ĩ eis

Graduale. Conuertere dñe aliquãtulũ ⁊ dep̃care sup̃ seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ fact⁹ es nobis a gñatiõe ⁊ ꝓgenie. Sm Lu. VII.C.

In illo tp̃e. Rogabat iesuz qdaz phariseus vt mãducaret cũ illo. Et ingressus domũ pharisei discubuit: ⁊ ecce ml̃ier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit q̃ iesus accubuisset ĩ domo pharisei attulit alabastrũ vnguẽti: ⁊ stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius ⁊ capillis capitis sui tergebat: ⁊ osculabatur pedes eius ⁊ vnguẽto vngebat. Uidẽs aũt phariseus q vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset ꝓpheta sciret vtiq̃ que ⁊ qualis ẽ mulier que tangit eũ: qr peccatrix est: ⁊ rñdens: dixit ad illũ. Symõ hẽo tibi aliqd dicer̃. Ad ille ait. Magister dic. Duo debitores erãt cuidã feneratori vnus debebat denarios qngentos: ⁊ alius qn quaginta. Nõ hñtib⁹ ãt illis vñ r̃dderẽt: donauit vtrisq̃ Quis g̃ eũ pl⁹ diligit. Et rñdẽs symõ dixit. Estimor qr is cui pl⁹ donauit. At ille: dixit ei. Recte iudicasti. Et ꝯuersus ad mulierẽ dixit symoni: vides hãc ml̃ierẽ. Intraui ĩ domũ tuã aquã pedibus meis nõ d̃disti. Hec autẽ lachrymis rigauit pedes meos ⁊ capill̃ suis tersit. Osculuz mihi nõ d̃disti: hec ãt ex q̃ ĩtrauit nõ cessauit osculari pedes meos: oleo caput meũ nõ vnxisti hec ãt vnguẽto vnxit pedes meos ꝓpter qd̃ dico tibi: remittunt̃ ei pctã multa qm̃ dilexit multuz. Cui ãt min⁹ dimittit̃ min⁹ diligit. Dixit ãt ad illã. Remittunt̃ tibi pctã tua. Et cep̃unt q sil̃ accũbebãt dicere ĩtra se. Quis est hic q ẽt pctã dimittit. Dixit ãt ad ml̃ierẽ. Fides tua te saluã fecit vade ĩ pace. Offertorium.

Benedic anima mea domino ⁊ noli obliuisci omnes retributiones ei⁹ ⁊ renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi sint dñe q̃s nr̃i dona ieiunij q̃ ⁊ expiando nos tua gr̃a dignos efficiãt: et ad sempit̃na ꝓmissa ꝑducãt. ꝑ. Cõmunio. Aufer a me obprobrium ⁊ contemptum qr mandata tua exq̃siui domine nã testimõia tua meditatio mea ẽ. Complenda.

Quesum⁹ op̃s deus vt de ꝑceptis mũeribus gr̃as exhibẽtes beneficia potiora sumamus. Per dñm. ¶ Sabbato quatuor tẽporũ. Introitus.



Venite adoremus deum: ⁊ ꝓcidamus añ dñm plorem⁹ ante eũ qui fecit nos qꝛ ip̃e ẽ dñs de⁹ nr̃. ps. Uẽite exultem⁹ dño iubilem⁹ d̃o salutari nostro. absq̃ salutatiõe dicat. Oremus Flecta.ge: Leuate. ⁊ sic fiat ꝑ oẽs orõnes p̃ter vltimã q̃ cũ salutatõe sine gẽu flexiõe dicat̃. or̃

Omp̃s sempiterne deus qui ꝑ cõtinentiã salutarem ⁊ corporib⁹ mederis ⁊ mẽtibus maiestatẽ tuaꝫ supplices exoramus vt pia ieiunantium dep̃catiõe placat⁹: ⁊ p̃sentia nobis subsidia p̃beas ⁊ futura.ꝑ. Lectio libri leuitici. XXIII.C.



In diebus illis. Locutus ẽ domin⁹ ad moysen dicẽs: decimo die mẽsis hui⁹ septimi dies expiationũ erit celeberrim⁹ et vocabit̃ scũs: affligetisq̃ aĩas vr̃as i eo: ⁊ offeretis holocaustum dño. Omne opus seruile nõ facietis in tp̃e diei hui⁹: quia dies ꝓpitiatiõis est: vt ꝓpitiet̃ vob̃ dñs de⁹ vr̃: oĩs aĩa q̃ afflicta nõ fuerit die hoc ꝑibit de ppl̃is suis: ⁊ que op̃is q̃ppiaꝫ fecerit: delebo eã de ppl̃o suo. Nihil ergo op̃is facietis in eo: legitimum sempit̃nuꝫ erit vobis: in cũctis gñatiõib⁹ ⁊ habitatiõib⁹ vr̃is. Sabbatũ reqetionis ẽ: affligetisq̃ aĩas vr̃as. Die nono mensis septimi a vespe vsq̃ ad vesperꝫ celebrabitis sabbata vestra: dicit dñs op̃s. Graduale. Protector nr̃ aspice de⁹ ⁊ respice super ꝑuos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutuꝫ exaudi p̃ces seruoꝝ tuoꝝ. Or̃o.

Da q̃s nobis op̃s de⁹ vt ieiunando tua gr̃a satiemur ⁊ abstinẽdo cũctis efficiamur hostibus fortiores. Lectio libri Leuitici. XXIII. C.



In dieb⁹ illis. Locutus ẽ dñs ad moysen dicẽs qn todecimo die mẽsis septimi: qñ cõgregaueritis oẽs fructus terre vr̃e: celebrabitis ferias dñi septeꝫ dieb⁹. Die p̃mo ⁊ die octauo erit sabbatũ: idest reqes. Sumetisq̃ vobis die p̃mo fruct⁹ arboris pulcherrime: spatulasq̃ palmarũ: ⁊ ramos ligni dẽsaꝝ frõdium

⁊ salices de torrẽte: ⁊ letabimi-
ni corã dño deo vestro: celebra
bitisq̃ solẽnitatẽ eius septẽ die
bus ꝑ annum: legittimũ sempi-
ternũ erit in gñationibus vr̃is.
Mense septimo festa celebrabi
tis: ⁊ habitabitis in vmbraculis
septẽ diebus. Oĩs qui de gñe ẽ
israel manebit in tabernaculis
vt discant posteri vestri quod ĩ
tabernaculis habitare feceriz fi
lios israel cum educerẽ eos de
tra egypti ego dñs deꝰ vester.
Gra. Propitius esto dñe peccatis
nostris ne qñ dicant gentes vbi ẽ de
us eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus salu
taris nr̃ ⁊ propter honorez nominis
tui domine libera nos. Oratio.

Tuere q̃s domine familiã
tuam vt salutis eterne re-
media q̃ te aspirante reqrimꝰ
te largiente cõsequamur. Per
do. Lcõ Michee ꝓphete. VII.

Domine deꝰ noster: pasce
ppl'm tuuz in virga tua
gregẽ hereditatis tue hĩtantes
terram in salutẽ iuxta dies anti
quos. Uidebunt gentes: ⁊ ꝯfun
dentur super oĩ fortitudine sua:
quoniam quis deus similis tui.
Qui aufers iniqtatẽ: ⁊ transfers
peccatum reliquiarum heredi/
tatis tue. Non ĩmittet vltra fu
rorẽ suuz: qm̃ volens misericor
diam ⁊ reuertet̃ ⁊ miserebit̃ no
stri: deponet iniquitates nr̃as ⁊
ꝓiciet in ꝓfundum maris oĩa
peccata nr̃a. Dabis veritatem
iacob: misericordiam abraam
que iurasti patribꝰ nostris a die
bus antiquis dñe deus nr̃. Gra.
Domine refugiũ factus es nobis a
generatiõe ⁊ ꝓgenie. ℣. Priusq̃
mõtes fierẽt aut formaret̃ terra ⁊ or
bis a sc̃lo ⁊ in sc̃lz tu es deus. Oratio.

Presta q̃s domine sic nos
ab epulis carnalibꝰ absti-
nere vt a vitijs irruentibus pa-
riter ieiunemus. Lectio Zacha
rie prophete. VIII.



In diebus illis.
Factuz est ver
bum dñi ad me di-
cens. Hec dicit dñs
deus exercituum: si-
cut cogitaui vt affli
gerẽ vos: cũ ad ira
cundiam me ꝓuocassent patres
vestri ⁊ nõ sum misertꝰ: sic ꝯuer
sus cogitaui in diebꝰ istis: vt bñ
faciã hierl'm ⁊ domui iuda. No
lite ergo timere hec sunt verba
q̃ facietis loquimini veritatem
vnusq̃sq̃ cum ꝓximo suo: veri
tatẽ ⁊ iudiciũ pacis iudicate in
portis vr̃is: ⁊ vnusq̃sq̃ malum
ꝯtra amicũ suum ne cogitetis
in cordibus vr̃is ⁊ iuramentuz
mendax ne diligatis: oĩa enim
hec sunt q̃ odi dicit dñs. Et fcm̃
est verbum dñi exercituum ad
me dicens. Hec dicit dñs deus
exercituũ. Ieiuniũ quarti ⁊ ie-
iuniũ quinti ⁊ ieiuniũ septimi ⁊

ieiunium decimi erit domui iu
de:in gaudiū ⁊ letitiā ⁊ in solen
nitates preclaras veritatem tm
⁊ pacem diligite dicit domi
nus omnipotens. Graduale.
Dirigatur oratio mea sicut incen
sum in aspectu tuo domine. ℣. Ele
uatio manuum mearum sacrificium
vespertinum. Oratio.
Tnobis domine tribuis
solēne tibi deferre ieiunium sic
nobis qs indulgētie presta sub
sidium. Per. Lectio. Angel⁹
domini. folio. 7. Hymn⁹. Be
nedictus es. per totuz vt supra
in aduentu. folio. 7. Dominus
vobiscum. fine Flectamus ge
nua. Ad missaz. Oratio.
Eus q tribus pueris mi
tigasti flammas ignium conce
de propiti⁹:vt nos famulos tu
os non exurat flamma vitiorū.
Per. Ad hebreos. IX.C.
Fratres:Tabernaculū fa
ctum est primū in quo erant cā
delabra ⁊ mensa ⁊ ppositio pa
nuz qđ dicit sctā. Post velamē
tū autē scoz tabernaculū qđ di
cit scā sanctoz:aureuz hns thu
ribulum:⁊ archā testamenti cir
cūtextam ex omni parte auro
in qua vna aurea habens mā
na:⁊ virga aaron que fronduerat
⁊ tabule testamenti super q
erant cherubin glorie obum
brantia propitiatoriū:de qui
bus non ē modo dicendū per
singula. His vero ita compositis in priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes:sacrificiorum officia consumantes:in secundo autē semel in anno solus pontifex:non sine sanguine quē offerret pro sua ⁊ populi ignorātia:hoc significante spiritu scō nondum propalatā esse sanctorū viam:adhuc prio re tabernaculo habente statū. Que parabola est tēporis ist̄is iuxta quaz munera ⁊ hostie offeruntur que nō possunt iuxta conscientiā perfectuz facere seruientem solūmodo in cibis ⁊ in potibus:⁊ varijs baptismatibus ⁊ iustitijs carnis vsqz ad tēpus correctionis ipositis: christus aūt assistens pontifex futurorum bonoz:peramplius ⁊ p fectius tabernaculum non manufactum:idest non huius creationis neqz p sanguinem hircorum aut vitulorz sed per ppriū sanguinē introiuit semel in scā: etna redēptione inuenta. Trac.
Laudate dñm omnes gentes ⁊ collaudate eū omnes populi. ℣. Quōniam confirmata est sup nos misericordia ei⁹ ⁊ vītas domini manet ineternū.
Secundum Lucā. XIII.C.
In illo tempore: Dixit ie
sus turbis similitudinem hanc: ar
borem fici habebat quidam plā
tatam in vinea sua:⁊ venit que
rens in illa fructuz ⁊ non inue

nit. Dixit āt ad cultorem vinee. Ecce āni tres sunt ex quo venio q̄rens fructum in ficulnea hac: ⁊ non īuenio. Succide ergo illā vt quid terrā etiaz occupat. At ille rñdens dixit illi. Domine: dimitte illā ⁊ hoc āno vsqz dū fodiam circa illā ⁊ mittam ster cora. Et si qdem fecerit fructū: sinautem in futuꝝ succides eā. Erat autē docens in synagoga eoꝝ sabbato. Et ecce mulier q̄ habebat spiritū infirmitatis an ni decem ⁊ octo: ⁊ erat inclinata: nec omnino poterat sursuz respicere. Quaz cuz videret ie sus: vocauit eam ad se ⁊ ait illi. Mulier dimissa es ab īfirmitate tua: ⁊ īposuit illi manus: ⁊ cō festim erecta est ⁊ glorificabat deum. Rñdens autē archisyna gogus indignās quia sabbato curasset ies⁹: dicebat turbe. Sex dies sunt ī quibus opz operari in his ergo venite ⁊ curamini ⁊ non in die sabbati. Rñdēs āt ad illū dominus dixit. Hypocri te vnusqsqz vestrū sabbato nō soluit bouē suum aut asinum a presepio ⁊ ducit adaquare. Hāc autem filiā abrae quā alligauit sathanas: ecce decē ⁊ octo annis: non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret: erubescebāt omnes ad uersarij eius: ⁊ oīs plebs gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo. Offertorium.

Domine de⁹ salutis mee in die clamaui ⁊ nocte corā te intret oro mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Concede q̄s op̄s deus vt oculis tue maiestatis munus oblatū ⁊ gr̄am nobis deuotiōis obtineat: ⁊ effectū btē perēnitatis acqrat. Per dñz. Cō.

Mense septio festa celebrabitis: cū in tabernaculis hitare fecerim filios israel cum educerē eos de terra egypti ego dñs deus vester. Cōplēda

Perficiāt in nobis dñe q̄s tua sacr̄a qd̄ ꝯtinent: vt q̄ nūc specie gerim⁹: reꝝ veritate capiam⁹. p. ¶ Dñica.xviij.Int.



Dapacē domine sustinēti b⁹te vt ꝓphete tui fideles īueniant̄ exaudi p̄ces serui tui et plebis tue isrl̄. ps. Letat⁹ suz in his q̄ dicta st̄ mihi ī domū domini ibimus. Oratio.

Dirigat corda nr̄a dñe q̄s tue miseratōis opatio qꝛ tibi sine te placere nō possum⁹. Per do. Ad corin. I.C. eput.j.

Fratres: Gr̄as ago deo meo semper ꝓ vobis in gratia dei que data est vobis in chri-

sto iesu: qꝛ in oībus diuites facti estis in illo in omni verbo: ⁊ in omni scientia sicut testimoniū christi cōfirmatū est ī vobis ita vt nihil desit vobis in illa gr̄a expectantib⁹ reuelationē domini nr̄i iesu chr̄i: qui ⁊ ꝯfirmabit vos vsqꝫ in finē sine crimine in die aduent⁹ dn̄i nr̄i iesu christi. Gra. Letatus suꝫ in his que dicta sūt mihi in domū domini ibim⁹. ℣. Fiat pax in virtute tua ⁊ abundātia in turribus tuis. Alleluia. ℣. Dilexi qm̄ exaudiuit dominus vocē meam. Secundum Mat. XXII. C



In illo tempore. Accesserunt ad iesum pharisei: ⁊ interrogauit eū vn⁹ ex eis legis doctor tentans eū. Magister qd̄ est mandatū magnū in lege. Ait illi iesus. Diliges dn̄m deuꝫ tuum ex toto corde tuo: ⁊ in tota aīa tua ⁊ in tota mēte tua. Hoc est maximū ⁊ primum mandatum. Scd̄m autem sil̄e est huic. Diliges ꝓximum tuū sicut tei psū. In his duob⁹ mādatis vniuersa lex pēdet ⁊ ꝓphete. Congregatis autem phariseis: interrogauit eos iesus dicens. Quid vobis videt̄ de christo. Cuius filius est. Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominuꝫ dicens. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuoꝝ. Si ergo dauid vocat eum dominū: quomodo filius eius est. Et nemo poterat respondere ei verbum neqꝫ ausus fuit qsq̄ꝫ ex illa die eum amplius interrogare. Offerto. Sanctificauit moyses altare domino offerens super illud holocausta ⁊ imolans victimas fecit sacrificium vesp̄tinū in odoreꝫ suauitatis dn̄o deo ī ꝯspectu filioꝝ isr̄l. Sec

Deus qui nos per hui⁹ sacrificij veneranda commertia vnius summeqꝫ diuinitatis participes efficis: presta q̄ sumus: vt sicut tuam cognoscimus veritatem: sic eam dignis mentibus ⁊ moribus assequamur. Per dn̄m. Communio. Tollite hostias ⁊ introite in atria eius adorate dominum in aula sancta eius. Complenda.

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati: tuam misericordiā deprecātes vt dignos eius nos participatione perficias. Per dominuꝫ.

¶ Feria.iiij. Ad cori. VI. epl̄e.

Fratres: Os nostrum patet ad vos o corithij: cor nostrum dilatatum est: non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vr̄is. Eandem autem habētes remu

nerationē tanq̄ filijs dico. Dilatamini ⁊ vos nolite iugū ducere cū infidelib.⁹. Que eni participatio iusticie cuz iniquitate aut que societas lucis ad tenebras. Que autē cōuentio christi ad bellial: aut que pars fideliū infideli. Quis aūt cōsensus templo dei cū idolis vos em̄ estis tēplū dei viui. Sz mat XIII.C.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factuz est regnum celorum hoī qui semi nauit semē bonuz in agro suo. fo.26. ¶ Feria vj. ad corin. VI.



Fratres. Nescitis qm̄ iniq regnū dei nō possidebūt. Nolite errar̄ neq̄ fornicari neq̄ idolis ꝑuientes neq̄ adulteri neq̄ molles neq̄ masculorū concubitores: neq̄ fures: neq̄ auari: neq̄ ebriosi: neq̄ maledici: neq̄ rapaces regnū dei possidebunt. Et hec aliqñ qdē fuistis: sed abluti estis: sed sctificati estis. Sed iustificati estis in nomine domini nostri iesu christi et in spiritu dei nostri. Sequē. scti euāgelij. Secunduz Mattheum. X. epistole secunde.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis pabolā hāc. Sil'e ē regnum celoꝝ grano synapis qd̄ accipiēs hō semīauit in agro suo. Qd̄ mīmū qdē ē oīb⁹ semīb⁹ cū āt creuerit mai⁹ ē oībus olerib⁹ ⁊ fit arbor: ita vt volucres celi veniāt ⁊ habitent in ramis eius aliaz quoq̄ parabolaz locutus est eis dicēs. Simile ē regnū celorum fermēto: qd̄ acceptum mulier abscōdit in farine satis tribus donec fermētatum est totum. Hec omnia locutus ē iesus in parabolis ad turbas ⁊ sine parabolis nō loq̄bat̄ eis vt impleretur qd̄ dictū erat per ꝓphetam dicētem. Aperiā in parabolis os meuz ⁊ eructabo abscōdita a cōstitutione mūdi. ¶ Dominica. xix. Introitus.



Salus populi ego sum dicit dñs ego d̄ quacunq̄ tribulatiōe clamauerint ad me exaudiaz eos ⁊ ero illoꝝ dñs i ꝑpetuū. ps. Attendite popule meus legem meā inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Omp̄s misericors d̄us: vniuersa nobis aduersātia ꝓpitiat⁹ exclude vt mēte ⁊ corpore pariter expediti que tua sunt liberis mentib⁹ exeq̄mur.

Per dñz nr̃m iesuz christũ filiũ tuũ. Qui. Lcõ. ad ephẽsios. IIII

FRẽs: Renouamini spiritu mẽtis vr̃e: ⁊ induite nouum hoiem q ꝑm deũ creat⁹ est in iustitia ⁊ sanctitate v̄itatis ꝓpter qd̄ deponẽtes oẽ mendatium loqmini v̄itatez vnusqsqz cũ proximo suo qm̃ sumus iuicem mẽbra. Irascimi et nolite peccare: sol nõ occidat sup ira/cũdiam vr̃am. Nolite locũ dare diabolo: q furabat̃ iam non furet̃: magis aũt laboret opan/do manib⁹ suis qd̄ bonũ ẽ vt hẽat vñ tribuat necessitatẽ patiẽti Gr. Dirigat̃ oratio mea sicut icensum in ꝯspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ meaꝝ sacrificium vespti/nũ. Alla. ℣. Laudate dñm om/nes gentes laudate eum oẽs populi.

Secundum Matthe. IX.

IN illo tpe: Ascẽdens iesus in nauiculã: trãsfretauit ⁊ venit in ciuitatẽ suam. Et ecce offerebãt ei paralyticũ iacentem in lecto. Et vidẽs iesus fidẽ illoꝝ dixit ꝑalytico. Cõfide fili remittũtur tibi pctã tua ⁊ ecce qdaz de scribis dixerũt intra se: hic blas/phemat. Et cũ vidisset iesus cogitationes eoꝝ. Dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid ẽ facilius dicere dimittunt̃ tibi pctã tua: an dicere: surge ⁊ ãbula vt sciatis aũt quoniã filius hois hz potestatez in terra dimittẽdi peccata tũc ait ꝑalytico. Surge tolle lectuz tuum ⁊ vade in domũ tuã. Et surrexit ⁊ abijt in domũ suam. Uidentes autem turbe timuerũt ⁊ glorificauerunt deum qui dedit ptãtem talem hoibus. Off. Si ambulauero in medio tribula/tionis viuificabis me dñe ⁊ sup iraz inimicoꝝ meoꝝ extendes manuz tuaz ⁊ saluũ me fecit d̄xtera tua. Sec.

HEc munera q̃s dñe q̃ oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse concede. Per dominum. Cõmu. Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis vtinã dirigant̃ vie mee ad custodiẽdas iustificatões tuas. cõp.

TUa nos dñe medicinalis opatio: ⁊ a nr̃is peruersitatib⁹ clementer expediat: ⁊ tuis semper faciat inherere mandatis. Per dominum nostruz iesum christum filium. ¶ Feria quarta. Ad thess. II. C. epl̃e. ij.

FRẽs: State ⁊ tenete traditiones q̃s didicistis siue ꝑ sermonẽ: siue ꝑ epistolã nr̃az. Ipse aũt dominus nr̃ iesus christus: ⁊ deus pr̃ noster q dilexit nos: ⁊ dedit consolationẽ eternam ⁊ spem bonã in gratia: exhortetur corda vestra: ⁊ confirmet in omni ope ⁊ sermone bono. De cetero frẽs orate ꝓ nobis: vt sermo domini currat et glorificet̃ sicut ⁊ apud vos vt

⁊ liberemur ab ĩportunis ⁊ malis hominibus. Nõ enim est oĩum fides fidelis autẽ dominus est qui cõfirmabit vos: ⁊ custodiet a malo: Confidimus autẽ fratres de vobis in dño: quoniam ea que p̃cepimus ⁊ facitis ⁊ facietis. Deus aũt dirigat corda vr̃a in charitate dei ⁊ patiẽtia christi. Scõm matthe XIII.

In illo tempore. Accesserunt ad iesum discipuli ei⁹ dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri qui respondens ait. Qui seminat bonum semen est filius hominis: ager autem est mundus: bonuz vero semen hi sunt filij regni. Zizania autem filij sunt nequaz inimicus autem qui seminauit eam est diabolus: messis vero consumatio seculi ẽ: messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligũtur zizania ⁊ igni cõburuntur: sic erit in consumatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos: ⁊ colligẽt de regno eius omnia scandala: ⁊ eos qui faciunt iniquitatẽ ⁊ mittent eos in caminum ignis. Ibi erit flet⁹ ⁊ stridor dentium. Tũc iusti fulgebunt sicut sol: in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. ¶ Feria sexta. Lectio epl̃e bti ioã. apl̃i. V. epi.j.

Charissimi: Omnis q̃ credit quoniaz iesus est christus: ex deo natus est: ⁊ oĩs qui diligit euz q̃ genuit: diligit ⁊ eũ qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus qm̃ diligim⁹ natos dei: cũ deum diligamus ⁊ mãdata eius faciam⁹. Hec est eniz charitas dei: vt mandata ei⁹ custodiam⁹: ⁊ mãdata ei⁹ grauia non sunt: quoniam omne quod natum est ex deo: vincit mundum. Secundum matt. XXIIII

In illo tẽpore. Interrogatus iesus a discipulis suis de consummatione seculi dicit eis. Cum videritis abominationem desolationis que dicta est a daniele propheta stantem in loco sancto: tunc qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes ⁊ qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua: ⁊ qui in agro suo non reuertatur tollere tunicaz suam: ve autem pregnantibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Orate autem vt non fiat fuga vestra in hieme: vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna: qualis non fuit ab initio mũdi vsq̃z modo neq̃z fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi: non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabũtur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit ecce hic est christus: aut ecce illic nolite crederẽ. Surgent enim pseudo christi ⁊ pseu

do ꝓphe:⁊ dabũt signa magna ꝓdigia: ita vt i errorẽ iducãt si fieri ꝑt ẽt electi. Ecce ꝑdixi vobis:si ergo dixerit vob ecce i d̃serto ẽ nolite exire:ecce i penetralib⁹ : nolite credeř. Siẽ eni fulgur exit ab oriẽte ⁊ paret vsqꝫ in occidẽtez ita erit ⁊ aduentus filij hoĩs vbicũqꝫ fuerit corpus illuc cõgregabũtur ⁊ aqle. Statim aũt post tribulatiõem dierũ illorũ sol obscurabit:⁊ luna nõ dabit lumẽ suũ:⁊ stelle cadẽt de celo:⁊ virtutes celoꝝ cõmouebunť. Et tũc apparebit signũ filij hoĩs i celo:⁊ tũc plãgẽt oẽs tribus terre ⁊ videbũt filiũ hoĩs veniẽtez in nubib⁹ celi: cũ virtute magna ⁊ maiestate. Et mittet angelos suos cũ tuba ⁊ voce magna ⁊ cõgregabũt electos ei⁹ a q̃tuor ventis a summis celorum vsqꝫ ad terminos eorum. ¶ Domica.xx. Intro.



OMnia q̃ fecisti nobis dñe :i v̄o iudicio fecisti qꝛ pcãuimus tibi ⁊ mãdatis tuis nõ obediuimus. Sꝫ da gl̃iaꝫ noi tuo ⁊ fac nobiscũ ſm mltitudinem mie tue. ps. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei nostri i monte sancto eius. Oratio.

LArgire q̃s dñe fidelibus tuis indulgẽtiam placatus ⁊ pacem:vt pariter ab oib⁹ mundẽtur offensis:⁊ secura tibi mẽte deseruiant. Per dominum nr̃m. Ad ephesios. V.



FRatres. Uidete itaqꝫ quomodo ãbuletis: non q̃si insipiẽtes:sꝫ vt sapiẽtes redimentes temp⁹:qm̃ dies mali sunt: ꝓpterea nolite fieri imprudentes:sꝫ intelligẽtes que sit volũtas d̃i. Et nolite inebriari vino in quo ẽ luxuria sed impleamini spũ scõ loquẽtes vobismetipsis in psalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis spũalibus cantantes ⁊ psallentes in cordibus vestris:deo gratias agẽtes semper ꝓ omnibus. In noĩe domini nostri iesu christi deo ⁊ patri subiecti inuicem i timore christi. Gradua.

Oculi omnium in te sperant domine ⁊ tu das illis escã in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã:⁊ imples oẽ aĩal bñdictiõe. Hlla. ℣. Qui cõfidũt in dño sicut mõs syon nõ cõmouebit i eťnuũ q̃ hitat in hierusalẽ. Secundũ Mat. XXII.

IN illo tempore. Loq̃bat iesus cũ discipulis in parabolis dicẽs. Silẽ factũ ẽ regnum

celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebāt venire. Iterum misit alios seruos dicēs. Dicite inuitatis ecce prandiū meū paui thauri mei et altilia mea occisa sunt et oia pata: venite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt et abierūt: alius in villā suā: alius vero ad negociationē suā reliq vo tenuerūt seruos suos: et cōtumelijs affectos occiderunt Rex aūt cū audisset iratus est: et missis exercitib⁹ suis: perdidit homicidas illos et ciuitatē illorum succēdit. Tūc ait seruis suis. Nuptie qdē parate sunt. Sed qui inuitati erāt non fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarum et quoscūqz inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias: cōgregauerūt oēs quos inuenerunt bonos et malos: et implete sunt nuptie discūbentiū. Intrauit aūt rex vt videret discumbentes et vidit ibi hominem nō vestitum veste nuptiali: et ait illi. Amice quō huc intrasti nō habens vestē nuptialem at ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris ligatis manib⁹ et pedibus eius mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Multi eni sunt vocati: pauci vo electi. **Offerto.** Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon. **Secreta.** Celestez nobis pbeāt hec mysteria qs dne medicinā et vitia nostri cordis expurgēt. Per d. **Cōmunio.** Memēto verbi tui seruo tuo dne in quo mihi spē dedisti hec me cōsolata est in humilitate mea. **Complenda:** Sacris dne reddamur digni munerib⁹ quib⁹ nos qs tuis obedire mādatis. Per.

Feria.iiij. ad Thes. III. C. ij.



Fratres. Benūciamus vobis in noie dni nri iesu chri vt subtrahatis vos ab oi ffe ābulate inordinate et nō fm traditiōem quā acceperūt a nobis: ipsi eni scitis quēadmodū oporteat imitari nos: qm̄ non inquiete fuimus inter vos. Neqz gratis panē māducauimus ab aliquo sed in omni labore et fatigatione nocte et die operātes: ne quem vestrum grauaremus nō qsi nō habuerim⁹ ptātem: sed vt daremus nosmetipsos formam vobis ad imitandū nos. Nā et cū essemus apud vos: hoc denūciabam⁹ vobis: quoniam si quis non vult operari nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete nihil operātes:

sed curiose agentes. His autē qui eiusmodi sunt denūciam⁹: ⁊ obsecramus in dño iesu christo: vt cum silentio operātes suum panem māducent: vos aūt fratres nolite deficere benefacientes: in christo iesu domino nostro. Secundum lucā. XIIII

In illo tēpore: Dicebat iesus cuidā principi pharisēorum. Cū facis prandiū aut cenam: noli vocare amicos: neq; frēs tuos: neq; cognatos aut vicios: neq; diuites: ne forte et ipsi te reinuitent ⁊ fiat tibi retributio. Sed cū facis conuiuiū voca pauperes: debiles: claudos: cecos: ⁊ beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enī tibi in resurrectione iustorū. Hec cū audisset quidā de simul discumbētibus: dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei. ¶ Feria.vj.

Lectio epistole beati ioannis apostoli. V. epistole.j.

Carissimi: Scimus quia omnis qui natus est ex deo nō peccat: sed generatio dei cōseruat eum ⁊ malignus non tāget eum: scimus q; ex deo sumus: ⁊ mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius dei venit ⁊ dedit nobis sensum vt cognoscamus deum verum: ⁊ simus in vero filio eius. Hic est verus deus ⁊ vita eterna. Secundum lucam. VI.C.



In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Beati eritis cū vos oderit hoies: ⁊ cū separauerint vos ⁊ exprobrauerint: ⁊ eiecerit nomen vestrum tāq; malum propter filium hominis. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enī merces vestra multa ē in celo: scōm hec enim faciebāt prophetis patres eorum: verū tamen ve vobis diuitibus qui habetis cōsolationem vestrā. Ue vobis qui saturati estis: q; esurietis. Ue vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis ⁊ flebitis. Ue cū benedixerint vobis oēs hoies: scōm hec faciebāt pseudo prophetis patres eor. Sed vobis dico qui auditis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderunt: benedicite maledicentibus vos: orate pro calumniantibus vos. Et q; te percutit in maxillā prebe ei ⁊ alteram: ⁊ ab eo qui aufert tibi tuum vestimentum: etiā tunicam noli ei prohibere. Omni āt petenti te tribue: ⁊ q; aufert q; tua sūt ne repetas. Et prout vultis vt faciāt vobis hoies: ⁊ vos facite illis silr. Et si diligitis eos q; vos diligūt: q; vobis est grā. Nā ⁊ pctōres diligentes se dili-

gunt. Et si bñfeceritis his q vobis bñfaciunt: q̃ vobis est gr̃a. Siqdẽ ⁊ pcõres hoc faciũt. Et si mutuũ dederitis his a qb⁹ speratis accipere: q̃ gr̃a vobis est. Nã ⁊ pctõres a pctõribus fenerant: vt recipiãt equalia. Verũ tamẽ diligite inimicos vr̃os et bñfacite ⁊ mutuũ date: nihil inde sperantes ⁊ erit merces vestra multa in celo. ¶ Dominica vigesima prima. Introitus.



In voluntate tua dñe vniuersa sũt posita ⁊ non est q possit resister̃ voluntati tue tu eni fecisti omnia celum ⁊ terram ⁊ vniuersa que celi ãbitu ꝯtinent̃ dñs vniuersoꝝ tu es. ℣. Bti imaculati in via q ãbulãt i lege dñi. Oro

Familiã tuã q̃s dñe continua pietate custodi: vt a cũctis aduersitatib⁹ te ꝓtegẽte sit libera: ⁊ i bonis actib⁹ tuo nomi sit deuota. p. Ad ephe. VI.

Frẽs: Cõfortamini i dño: ⁊ in potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturaꝫ dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli: qm̃ non ẽ nobis colluctatio aduersus carnẽ ⁊ sãguinem sꝫ aduersus p̃ncipes ⁊ ptãtes: aduersus mũdi rectores tenebraꝝ haꝝ ꝯtra spiritalia neqtie in celestib⁹ ꝓpterea accipite armaturã dei: vt possitis resistere i die malo: ⁊ in oib⁹ pfecti stare. State ergo succincti lũbos vr̃os i v̄itate: ⁊ iduti lorica iustitie: ⁊ calciati pedes i prepationẽ euãgelij pacis: in oib⁹ sumẽtes scutũ fidei: i quo possitis oĩa tela neqssimi ignea extinguere. Et galeã salutis assumite: ⁊ gladiũ spũs: quod est v̄bũ dei. Gr.

Dñe refugiũ fcũs es nobis a gñatiõe ⁊ ꝓgenie. ℣. Priusq̃ mõtes fierẽt aut formaret̃ terra ⁊ orbis a sc̃lo ⁊ in sc̃lꝫ tu es de⁹. Alr. ℣. De ꝓfundis clamaui ad te dñe dñe exaudi or̃onẽ meam. Scõm ioan. IIII

In illo tpe: Erat qdam regulus: cuius fili⁹ infirmabat̃ capharnaũ. Hic cũ audisset qꝛ iesus vẽiret a iudea in galileã: abijt ad eũ ⁊ rogabat eũ: vt descẽderet ⁊ sanaret filiũ ei⁹. Incipiebat eni mori. Dixit ergo iesus ad eũ. Nisi signa ⁊ ꝓdigia videritis nõ credetis: dicit ad eũ regul⁹. Dñe descẽde p̃usq̃ moriat̃ fili⁹ me⁹. Dicit ei iesus. Vade fili⁹ tu⁹ viuit. Credidit hõ sermõi quẽ dixit ei iesus: ⁊ ibat. Jã ãt eo descẽdẽte: serui occurrerũt ei ⁊ nũciauerũt dicẽtes: qꝛ fili⁹ ei⁹ viuẽt. Interrogabat ergo horã ab eis in q̃ meli⁹

habuerit. Et dixerũt ei. Qz he/
ri hora septima reliquit eũ fe/
bris. Cognouit ergo pater qz
illa hora erat: in qua dixit ei ie/
sus: filius tuus viuit: & credidit
ipse & dom⁹ eius tota. Offer.
Vir erat i terra hus noie iob sim/
plex & rectus ac timens deũ quẽ sa
thã petijt: vt tẽtaret & data ẽ ei ptãs
a dño in facultate & i carne ei⁹ per/
didit qz oẽm substãtiaz ipsius & filios
carnez quoqz eius graui vlcere vul
nerauit. Secreta.
Suscipe dñe ppitius hos/
tias qbus & te placari voluisti:
& nobis salutẽ potẽti pietate re
stitui. Per dñm nr̃m. Cõmu.
In salutari tuo aia mea & in verbũ
tuũ sup spaui qñ facies de psequẽti
bus me iudiciũ iniq̃ psecuti sunt me
adiuua me dñe deus meus. Cõp.
Immortalitatis alimoniã
cõsecuti qs dñe: vt quod
ore percepim⁹ pura mẽte secte
mur. Per dñm nr̃m iesuz xp̃z
filiũ tuum. Qui tecũ viuit & re/
gnat i vnitate spũsancti deus.
Per oia secula seculoz. Amẽ.
℣ Feria.iiij. ad thimo. VI. C. j.



Carissime.
Nihil intulimus i hũc mũdum
baud dubiũ qz nec
aufferre aliqd pos/
sumus: habẽtes aũt
alimẽta & qb⁹ tega/
mur bis cõtenti si/
mus. Nã q volũt diuites fieri:
incidũt in tẽtationẽ: & laqueum
diaboli: & desideria multa inuti
lia & nociua: que mergũt homes
in interitũ & perditionẽ. Radix
enim oiũz maloz̃ est cupiditas.
Quaz qdã appetẽtes errauerũt
a fide: & inseruerũt se doloribus
multis. Tu ãt hõ dei hec fuge:
sectare vo iustitiã: pietatẽ: fidez:
charitatẽ: patientiã: mansuetu/
dinẽ. Certa bonũ certamẽ fidei
app: ehẽde vitã eternã in q̃ vo
cat⁹es & ꝓfessus bonã cõfessio/
nem coã multis testibus: preci
pio tibi coã deo q vivificat oia
in chzo iesu: q testimoniuz red
didit sub põtio pilato bonã cõ/
fessionẽ vt serues mãdatuz sine
macula irrepr̃hensibile vsqz in
aduentum dñi nostri iesu chri/
sti. Secunduz Lucã. VI. C.
Illo tpe: Factũ est in sab
bato vt itraret iesus in synago
gã & docebat. Et erat ibi hõ: et
man⁹ eius dextera erat arida.
Obseruabant autẽ scribe & pha
risei: si in sabbato curaret: vt in
uenirẽt vnde accusarent cũ: Ip
se vo sciebat cogitationes coz̃
& ait hoi qui hẽbat manũ arida.
Surge & sta in medium. Et sur
gens stetit: ait autem iesus ad
illos. Interrogo vos si licet
sabbato benefacere: an male:
animam saluam facere: an per
dere. Et circumspectis omni/

bus: dixit homini. Extende manum tuam ⁊ extendit. Et restituta est manus eius. Ipsi autē repleti sunt insipientia: ⁊ colloquebantur adinuicem quid nā facerent de iesu. ¶ Feria sexta

Ad Romanos. V.C.

FRatres: Regnauit mors ab adam vsq; ad moysen etiaz in eos qui non peccauerunt in similitudinem preuaricationis ade: q est forma futuri. Sed nō sicut delictum: ita ⁊ donum. Si enim vnius delicto multi mortui sūt: multomagis gratia dei ⁊ donum in gratia vnius hominis iesu christi in plures abūdauit. Et non sicut ꝑ vnum peccatum: ita ⁊ per donum. Nam iudicium ex vno in ꝯdemnationē gratia autez ex multis delictis in iustificationē. Si enim in vnius delicto mors regnauit per vnū: multomagis abūdantiaz gratie ⁊ donationis ⁊ iustitie accipientes in vita regnabunt ꝑ iesum christum dñm nostrum.

Secundum Mattheum. VIII.

IN illo tempore: Cum venisset iesus in domum petri: vidit socrum eius iacentez ⁊ febricitantem: ⁊ tetigit manū eius ⁊ dimisit eam febris: ⁊ surrexit ⁊ ministrabat eis. Uespere autē facto: obtulerunt ei mlt̄os demonia habentes. Et eijciebat spiritus verbo: ⁊ omnes male habentes curauit: vt adipleretur quod dictum est ꝑ ꝓphetam. Esaiam dicentē. Ipse infirmitates nostras accepit: ⁊ egrotatiōes nostras portauit.

¶ Dñica.xxij. Introitus.



SI iniqtates obseruaueris domine: domine quis sustinebit qr apd te propitiatio ē deus isrl̄. ps. De ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā.

Deus refugiū nostrū ⁊ virtus: adesto pijs ecclesie tue precibus auctor ipe pietatis ⁊ presta: vt quod fideliter petimus efficaciter conseq̄mur. Per. Ad philippen. I.C.



FRatres: Cōfidimus in dño iesu: qr cepit i vobis opus bonū perficiet vsq; in diē christi iesu: sicut est mihi iustum hoc sentire ꝓ omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde ⁊ in vinculis meis ⁊ in defensione ⁊ confirmatione euāgelij: socios gaudij mei omnes vos eē. Testis enī mihi est deus: quoniaz

cupiã vos esse oẽs in visceribus iesu chr̃i. Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abũdet in omni sciẽtia ⁊ in oĩ sensu: vt ꝓbetis potiora vt sitis sinceres ⁊ sine offensa in diez christi repleti fructu iustitie: per iesum chr̃z in laudem ⁊ gloriam dei. Gra.

Ecce quã bonum ⁊ quã iucundum habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentũ in capite qđ descendit in barbã barbam aaron. ℣. Mandauit dñs benedictionẽ ⁊ vitaz vsqz in seculum. Alla. ℣. Lauda aĩa mea dñm: laudabo dñz in vita mea: psallam deo meo quandiu ero. Secũdum Mattheũ. XVIII

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Sil̃e est regnuz celoꝝ homini regi: q voluit rationez ponere cũ seruis suis. Et cũ cepisset rõnem ponere: oblatus est ei vnꝰ q debebat ei decẽ milia talenta. Cum autem nõ haberet vnde redderet: iussit eum dñs venũdari ⁊ vxorem eius ⁊ filios. Et omnia que habebat ⁊ reddi: ꝓcidens autẽ seruus ille: orabat eum dicens. Patientiaz habe in me ⁊ omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius: dimisit eum: ⁊ debitum dimisit ei. Egressus aũt seruus ille: inuenit vnũ de cõseruis suis qui debebat ei centum denarios ⁊ tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et ꝓcidens conseruus eius: rogabat eum dicens: Patientiã habe in me: ⁊ omnia reddam tibi. Ille autez noluit: sed abijt ⁊ misit eum in carcerẽ donec redderet debituz. Uidentes autẽ cõserui eius que fiebant: contristati sunt valde: ⁊ venerunt ⁊ narrauerũt omnia domino suo q̃ facta fuerant: tunc vocauit illũ dominus suus: ⁊ ait illi. Serue neq̃z: omne debitum dimisi tibi: quoniam rogasti me. Nõne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui sicut ⁊ ego tui misertꝰ sum. Et iratus dñs eius: tradidit eũ tortoribꝰ: quoadusqz redderet vniuersum debituz. Sic ⁊ pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusqsqz fratri suo: de cordibus vestris. Offertoriũ. Recordare mei dñe omnipotentatui dñans da sermonez rectũ in os meũ vt placeant verba mea in conspectu principis. Secre.

Da misericors deꝰ vt hec salutaris oblatio ⁊ a ꝓprijs nos reatibus indesinenter expediat: ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per dñm. Commu.

Dico vobis gaudiũ ẽ angelis dei sup vno pcõre penitẽtiã agẽte. Cõp.

Sumpsimus dñe sacri dona mysterij humiliter deprecãtes: vt que in tui cõmemoratione nos facere p̃cepisti: in

Fio talenta faciunt sex milia coronatorꝝ.

prostiga

tega ie on popadel ieno ga ie dauel ieno rekal.

nostre proficiāt infirmitatis auxilium. Per dñz. ¶ Feria.iiij. lectio ad Thimo. I.C. epl'e.j.



Charissime: Finis precepti ē charitas de corde puro ⁊ ꝯscientia bona: ⁊ fide non ficta: a qbus qdaz aberrantes conuersi sunt in vaniloquium volētes esse legis doctores non intelligentes: neqz que loquūtur neqz de quibus affirmant. Scimus autē quia bona ē lex: si qs ea legittime vtatur: sciēter hoc quia lex iusto non est posita: sz iniustis ⁊ non subditis impijs ⁊ peccatoribus sceleratis ⁊ contaminatis: patricidis ⁊ matricidis: homicidis: fornicarijs: masculorum concubitoribus: plagiarijs: mendacibus: periuris: ⁊ si quid aliud sane doctrine aduersatur que est scdm euangelium glorie beati dei: quod ē mihi creditum. Gratias ago ei q me cōfortauit: in christo iesu domino nr̄o. Scdm marcū. XI.C.



In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Habete fidem dei: amē dico vobis: qr quicūqz dixerit huic mōti tolle te ⁊ mitte te i mare ⁊ nō hesitauerit in corde suo: sz crediderit: qr qdcūqz dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: oīa quecūqz orātes petitis: credite qr accipietis ⁊ eueniēt vobis. Et cū stabitis ad adorādū: dimittite si qd habetis aduersus aliquē: vt ⁊ pater vester qui in celis est: dimittat vobis pctā vestra. Qd si vos nō dimiseritis: nec pater vester qui in celis ē dimittet vobis peccata vestra. ¶ Feria.vj Ad Ephesios. IIII.

Frēs: Dico igit ⁊ testificor in dño: vt iā non ābuletis sicut gētes ambulāt in vanitate sensus sui tenebris obscuratū hñtes intellectū alienati a via dei ꝑ ignorantiā que est in eis propter cecitatē cordis ipsoꝝ: q desperātes semetipsos tradiderūt ipudicitie in operationē immūditie oīs in auaritiā. Vos āt nō ita didicistis christum. Secundū Mar. IIII.



In illo tpe: Dixit iesus discipul' suis. Videte qd audiatis: in qua mensura mensi fueritis: remetietur ⁊ adijcietur vobis. Qui eniz habet dabitur illi: ⁊ qui non habet etiā qd habet auferetur ab eo. Et dicebat. Sic ē eni regnuz dei: quēadmodū si hō iaciat sementem in terram ⁊ dormiat:

⁊ exsurgat nocte ac die ⁊ semē germinet ⁊ increscat dum nescit ille: vltro enī terra fructificat primū herbam: deinde spicā deinde plenū frumentū in spica. Et cū ex se ꝓduxerit fructꝰ: statī mittit falcem qm̄ adest messis. ¶ Dñica.xxiij. Introitus.



Dicit dominus ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis inuocabitis me ⁊ ego exaudiā vos ⁊ reducaz captiuitatez vestram de cunctis locis. ps. Benedixisti domine terrā tuā auertisti captiuitatē iacob.

Ac nos quesumus domine tibi prompta voluntate subiectos: ⁊ ad supplicādum tue maiestati: nostras semper excita voluntates. Per. oro.

Lectio ad philippen. III.

Fratres: Imitatores mei estote: ⁊ obseruate eos q ita ambulant: sicut habetis formā nostram: Multi enī ābulant quos sepe dicebam vobis. Nunc aūt ⁊ flēs dico inimicos crucis christi quorum finis est interitꝰ quorum deus venter est: ⁊ gloria ī confusione eorum qui terrena sapiunt: nostra autem conuersatio in celis est: vnde etiaz saluatorem expectamus dominū nostrum iesum christum qui reformabit corpꝰ humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue: scdm operationem qua possit etiaz subijcere sibi omnia iesus christus dñs noster. Gra.

Liberasti nos domine ex affligentibus nos ⁊ eos qui nos oderunt cōfudisti. ℣. In deo laudabimur tota die ⁊ nomini tuo confitebimur in secula. Alleluia. ℣. Qui posuit fines tuos pacem ⁊ adipe frumenti saciat te. Secundum matt. XXII.



In illo tempore: Abeuntes pharisei cōsiliū inierunt vt caperent iesum in sermone et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicētes. Magister scimus qꝛ verax es ⁊ viaz dei in veritate doces ⁊ non est tibi cura de aliquo. Non enī respicis personam hominuz. Dic ergo nobis. Quid tibi videtur: licet censum dari cesari an nō? Cognita autez iesus nequitia eorum ait. Quid me tētatis hypocrite. Ostendite mihi nūmisma census. At illi obtulerūt ei denarium. Et ait illis iesus. Cuius est imago hec ⁊ superscriptio. Dicunt ei. Cesaris: Tunc ait illis

ait illis. Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari: ꝛ q̃ ſunt dei deo. Offer. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi voce meã. Secr. Sacrificijs preſentibus domine q̃ſumus intende placatus vt ꝛ deuotioni noſtri proficiant ꝛ ſaluti. Per dñm. Cõ. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Complenda. Quesumus omnipotens deus vt illius ſalutaris capiamus effectum cuius p hec myſteria pignus accepimus. Per dñm nr̃z. ℂ Feria.iiij. Lcõ ad Thimothe. I.C. epiſto.j. Carissime: Noli erubescere teſtimonium domini noſtri ieſu chriſti neq; me vinctuz eius: ſed collabora euangelio ſcõm virtutem dei qui nos liberauit ꝛ vocauit, vocatione ſua ſancta non ſcõm opera noſtra: ſed ſcõm propoſitũ ſuum ꝛ gratiam que data eſt nobis in chriſto ieſu ante tempora ſecularia manifeſtata eſt autem nunc per illuminationem ſaluatoris noſtri ieſu chriſti qui deſtruxit quidem mortem. Illuminauit aũt vitam ꝛ incorruptionem p euãgelium in quo poſitus ſum ego predicator ꝛ apoſtolus ꝛ magiſter gentium ob quam etiã cauſam hec patior: ſed non confundor. Scio enim cui credidi ꝛ certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem: formam habe ſanorum verborum que a me audiſti in fide ꝛ dilectione in chriſto ieſu dño noſtro. Scõm Mat. XVII.C.



In illo tempore: Cum veniſſet ieſus ꝛ diſcipuli eius capharnaum. Acceſſerunt qui didragma accipiebãt ad petruz ꝛ dixerũt ei. Magiſter veſter non ſoluit didragma: ait etiaz. Et cum intraſſet in domuz: preuenit euz ieſus dicens. Quid tibi videtur ſymon? Reges terre a quibus accipiunt tributũ vel cenſum: a filijs ſuis an ab alienis? Et ille dixit: ab alienis. Dicit illi ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Ut autẽ non ſcandalizemus eos: vade ad mare ꝛ mitte hamum: ꝛ eum piſcem qui primus aſcẽderit tolle: ꝛ aperto ore eiꝰ inuenies ſtaterem: illum ſumẽs da eis pro me ꝛ pro te. ℂ Feria ſexta. Lectio ad ephesios. V.C.



Fratres: Probantes quid ſit beneplacitum deo: ꝛ nolite cõmunicare operibus infructuoſis tenebraruz magis autem ꝛ redarguite que enim

occulto fiunt ab ipsis: turpe est ⁊ dicere oīa enim que arguuntur a lumine manifestantur: oē enim qd̄ manifestatur: lumen ē: propter qd̄ dicit. Surge q̄ dormis: ⁊ exsurge a mortuis: ⁊ illuminabit te chr̄s. Sm mar. VII.



In illo tpe: Cōuenerunt ad iesum pharisei: ⁊ qdā de scribis veniētes ab hierosolymis. Et cū vidissēt quosdam ex discipulis eius communibus manibus idest non lotis manibus māducare panes: vitupe/rauerūt. Pharisei aūt ⁊ oēs iudei nisi crebro lauerint manus nō manducāt tenentes traditionem senioꝝ: ⁊ a foro venientes nisi baptizent̄ non comedūt. Et alia multa sunt q̄ tradita sunt illis seruare baptismata calicū ⁊ vrceoꝝ: ⁊ eramentoꝝ ⁊ lectorum. Et interrogauerunt eum pharisei ⁊ scribe. Quare discipuli tui nō ambulant iuxta tra/ditionem senioꝝ: sed communibus manib⁹ manducant panez: at ille respondēs dixit eis: bene prophetauit. Esaias de vobis hypocritis: sicut scriptū est: popul⁹ hic labijs me honorat: cor autem coꝝ longe est a me: ī vanum autem me colūt docentes doctrinas ⁊ precepta hominū: relinquentes enī mandatū dei tenentes traditiōes hominuz.

Dñica.xxiiij. Int. Dicit dñs. fo. 188. vt in p̄cedēti dñica. oro.

Ac nos domine quesum⁹ tibi prompta voluntate subiectos ⁊ ad supplicandū tibi nostras semp̄ excita volūtates. Per do. Ad collossenses. I.C.



Fratres: Non cessamus pro vobis orantes ⁊ postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia ⁊ intellectu spiritali: vt ambuletis digne deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes et crescentes in scientia dei: in omni virtute cōfortati: secundum potentiaz claritatis eius in omni patiētia ⁊ veritate ⁊ longanimitate: cum gaudio gratias agentes deo ⁊ patri: qui dignos fecit nos ī partem sortis sanctoꝝ in lumine: q̄ eripuit nos de potestate tenebrarū: ⁊ transtulit in regnum filij dilectionis sue: in quo habe/mus redēptionē ⁊ remissionez pcōꝝ. Per iesum chr̄m dñz nostrum. Secundum matt. IX.C.

In illo tempore: Loquente iesu ad turbas: ecce prīceps vnus accessit ⁊ adorauit euz dicens: domine filia mea mō de-

functa eſt:ſed veni impone manuꝫ ſuper eã ꝛ viuet.Et ſurgẽs ieſus ſequebat eum:ꝛ diſcipuli eius.Et ecce mulier que ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis acceſſit retro ꝛ tetigit fimbriam veſtimenti eiꝰ:dicebat aũt intra ſe.Si tetigero tantum veſtimentuꝫ eius:ſalua ero.At ieſus conuerſus:ꝛ videns eam dixit.Confide filia:fides tua te ſaluaꝫ fecit.Et ſalua fcã eſt mulier ex illa hora. Sec.

MAnda nos dñe ſacrificij preſentis effectu ꝛ perfice miſeratꝰi nobis vt eiꝰ mereamur eſſe participes.Per dominum noſtrum. Complenda.

PUrifica domine queſumꝰ mentes noſtras ꝛ renoua celeſtibus ſacramentis vt conſequenter ꝛ corporũ preſens pariter ꝛ futurum capiamus auxilium.Per dñm noſtrum ieſuꝫ chriſtum filium tuum. ℂ Feria quarta. Ad romanos.XI.



NOlo eni vos ignorare myſterium hoc vt non ſitis vobiſmetipſis ſapiẽtes:q; cecitas ex parte contigit in iſrael donec plenitudo gentiuꝫ intraret:Et ſic omnis iſrael ſaluꝰ fieret ſicut ſcriptum eſt.Veniet ex ſyon qui eripiat ꝛ auertat impietatẽ ab iacob.Et hoc illis a me teſtamentum:cũ abſtulero peccata eorum ſcõm euangeliũ quidem inimici propter vos:ſecũdum electionem autez chariſſimi propter patres:ſine penitentia eni ſunt dona ꝛ vocatio dei ſicut enim aliquando ꝛ vos nõ credidiſtis deo:nunc autem mi ſericordiam conſecuti eſtis propter illorum incredulitatem:ita ꝛ iſti nunc non crediderunt i veſtram miſericordiã:vt ꝛ ipſi miſericordiã conſequantur.Concluſit eniꝫ deus omnia in incredulitate:vt omnium miſereat. ℣ altitudo diuitiarum ſapientie ꝛ ſcientie dei:quaꝫ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius ꝛ inueſtigabiles vie eius.Quis enim cognouit ſenſuꝫ domini: aut quis conſiliarius eius fuit:ꝛ aut quis prior dedit illi:ꝛ retribuetur ei.Quoniaꝫ ex ipſo:ꝛ p ipſum ꝛ in ipſo ſũt omnia:Ipſi honor ꝛ gloria in ſecula ſeculorum amen. Euangelium.Interrogauit ieſum vnus de ſcribis quod eſſet primum, fo. 182. ℂ Feria ſexta.Ad rom.XIIII.

FRatres:Infirmum in fide aſſumit:nõ in diſceptationibus cogitationum.Alius enim ſe credit manducare oia qui aũt infirmꝰ eſt olus mãducet is q manducat nõ mãducantẽ non ſpernat:ꝛ qui non mandu/

cat manducantez non iudicet: deus enim illum assumpsit. Tu quis equi iudicas alienum seruum. Suo domino stat aut cadit: stabit autem: potens est enim deus statuere illum. Naz alius iudicat diem inter diem alius iudicat omnem diem: vnusquisq; in sensu suo abundat. Qui sapit diez domino sapit z qui mãducat domino mãducat. Gratias enim agit deus. Et qui nõ manducat domino non manducat. Et gratias agit deo per iesum christum dominum nostrum. Secundum marcuz. VI

In illo tempore: Uenit iesus in patriam suam z sequebantur eum discipuli folio. 23. ¶ Dominica.xxv. Introitus. Dicit dominus ego co. per totuz: vt supra. folio. 188. Oratio

Excita quesumus domine tuorum fidelium volũtates vt diuini operis fructuz propensius exequẽtes pietatis tue remedia maiora pcipiãt. Per dominum nostruz. Lectio Hieremie prop. XXIII.



Ecce dies venient dicit dominus. Et suscitabo dauid germẽ iustũ: z regnabit rex z sapiens erit: z faciet iudicium z iustitiaz in terra. In diebus illis saluabit iuda: z israel habitabit confidenter. Et boc est nomen quod vocabunt euz dominus iustus noster: propter boc ecce dies venient dicit dominus z non dicent vltra viuit dominus qui eduxit filios israel de terra egypti: sed viuit dominus qui eduxit z adduxit semen domus israel de terra aquilonis: z de cũctis terris ad aquas eiecerã eos illuc. Et habitabunt in terra sua: dicit dominus omnipotens. Euãgelium secundum Joannem. Cũ subleuasset iesus fo. 58. Sec.

Propitius esto domine supplicationibus nostris et populi tui oblationibus precibusq; susceptis omniuz nostrũ ad te corda conuerte vt a terrenis cupiditatibus liberi ad celeste desiderium transeamus. Per dominum. Complenda.

Concede nobis quesumus domine: vt quicquid in nostra mente vitiosum est sacramenti quod sumpsimus medicamine curetur. Per. ¶ Feria iij. Ad colloss en. I.C. epist. j.



Fratres: Gratias agere debemus deo semper pro omnibus vobis ita vt dignum est: quoniam supercrescit fides vestra et abũdat charitas vni

uscuiusq; omnium vestrum in inuicem: ita vt nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro patientia vestra ⁊ fide seruata in omnibus persecutionib⁹ vestris ⁊ tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei: vt digni habeamini in regno dei pro quo ⁊ patimini. Si tamen iustum est apud deum retribuere retributionē his qui vos tribulant ⁊ vobis qui tribulamini requiem vobiscuz in reuelatione domini iesu de celo cum angelis virtutis: eius in flamma ignis dantis vindictam: his qui non nouerunt deum ⁊ qui non obediunt euangelio domini nostri iesu christi qui penas dabunt in interitu eternas a facie domini ⁊ a gloria virtutis eius cum venerit glorificari in sanctis suis: ⁊ admirabilis fieri in omnibus: qui crediderūt ī iesum christum dominum nostrum. Secunduz mattheum. VIII. C.



In illo tempore: Cum venisset iesus in domum symonis petri vidit socrum eius iacentem ⁊ febricitantem ⁊ tetigit manuz eius ⁊ dimisit eam febris ⁊ surrexit ⁊ ministrabat eis. Vespere autez facto obtulerunt ei multos demonia habētes: ⁊ eijciebat spiritus verbo ⁊ omnes male habentes curauit vt adimpleretur quod dictum est per esaiaz prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit: et egrotationes nostras portauit. Videns autē iesus turbas multas circum se iussit discipulos ire transfretū ⁊ accedens vnus scriba ait illi. Magister quocūq; ieris sequar te. Et dicit ei iesus. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos: filius autē hominis non habet vbi caput suum reclinet: alius autez de discipulis eius dixit illi. Domine permitte me primum ire: ⁊ sepelire patrem meum. Jesus autē ait illi. Sequere me ⁊ dimitte mortuos sepelire mortuos suos. ¶ Feria. vj. Ad hebr. X. C.



Fratres: Habentes itaq; fiduciam in introitu sanctoruz in sanguine christi quam initiauit nobis viaz nouam ⁊ viuentez per velamen: idest per carnem suam: ⁊ sacerdotē magnum super domum dei: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda cōscientia mala ⁊ abluti corpus aq̄ munda: teneamus spei nr̄e confessionem indeclinabilem:

fidelis enim est qui repromisit. Et consideremus inuicez in prouocationem charitatis ⁊ bonorum operum: non deserentes collectionem nostram sicut est consuetudinis quibusdam: sed consolantes ⁊ tãto magis quãto videritis: appropinquantez diem ihesu christi domini nostri.

Secundum Lucam. XII.C.



In illo tempore: Dixit ad iesum quidam de turba. Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. Et ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos. Dixitq; ad illos. Videte ⁊ cauete ab omni auaritia quia non in abundantia cuiusq; vita eius est ex bis que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens: hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit ⁊ cogitabat intra se dicens. Quid faciam q; non habeo quo congregem fructꝰ meos. Et dixit. Hoc faciam destruam horrea mea ⁊ maiora faciam: ⁊ illuc congregabo omnia que nata sunt mihi ⁊ bona mea ⁊ dicam anime mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: quiesce: comede: bibe: epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te: que autem parasti cuius erũt. Sic est qui sibi thesaurizat ⁊ non est in deum diues. Dixitq; ad discipulos suos. Jõ dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis neq; corpori vestro quid induamini: anima plus est q̃ esca: et corpus plus q̃ vestimentum. Considerate coruos quia nõ seminant neq; metunt quibus nõ est cellarium neq; horreũ: ⁊ deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis. Quis autem vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suaz cubitum vnuz. Si ergo neq; quod minimum est potestis quid de ceteris solliciti estis. Cõsidera te lilia quomodo crescunt. Nõ laborant neq; nent. Dico autẽ vobis: nec salomon in oi gloria sua vestiebat sicut vnuz ex istis. Si autem fenum agri q; hodie est ⁊ cras in clibanum mittitur deꝰ sic vestit quãto magis vos pusille fidei. Et vos nolite quere re quid manducetis aut quid bibatis ⁊ nolite in sublime tolli. Hec autem omnia gentes mũdi querunt. Pater autẽ vester scit quoniam his indigetis: verũtamen querite primuz regnũ dei ⁊ iustitiam eius. Et hec omnia adijcientur vobis.





¶ Incipit cursus sanctuarij in offm̄ misse per circuitum anni ꝟm ꝯsuetudinez alme Aquile. ecclesie. ¶ Et primum in vigilia sancti Andree apostoli. Introitus.



Dominꝰ secꝰ mare galilee vidit duos frēs petruz ⁊ andream ⁊ vocauit eos: venite post me faciam vos fieri piscatores hominū. Ps. Celi enarrāt gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Quesumus op̄s deus: vt beatꝰ andreas apl's: tuum pro nobis iploret auxiliū: vt a nostris reatibꝰ absoluti: a cunctis etiam periculis exuamur. Per dominū nostrum. Lectio. Bn̄dictio dn̄i. fo. 249 Gra. Nimis bono, fo. 252. ꝟm Joan. I.C.

In illo tempore: Stabat ioannes et ex discipulis eius duo: ⁊ respiciēs iesum ambulantez dicit. Ecce agnꝰ dei. Et audierūt eū duo discipuli loq̄ntez: ⁊ secu-





ti sunt iesum. Cōuersus aūt ie-
sus ⁊ vidit eos seq̄ntes se: dicit
eis. Quid q̄ritis? Qui dixerūt
ei. Rabbi: qd̄ dicit̄ interp̄tatum
magr̄: vbi hītas? Dicit eis. Ue-
nite ⁊ videte. Uenerūt ⁊ vide-
rūt vbi maneret: ⁊ apd̄ eū man
serūt die illo. Hora autē erat q̄
si decīa. Erat āt andreas frater
symonis petri: vn⁹ ex duobus q
audierāt a ioāne: ⁊ secuti fuerāt
eū. Inuenit hic primū fratrē su
um symonem: ⁊ dicit ei. Inueni
m⁹ messiam: qd̄ est intepretatuz
chr̄s. Et adduxit eū ad iesum.
Intuit⁹ autem euz iesus ait. Tu
es symon filius ioanna: tu vo-
caberis cephas qd̄ interpreta-
tur petrus. In crastinuz voluit
exire in galileam: ⁊ inuenit phi
lippū. Et dicit illi iesus. Seque-
re me. Erat autem philippus a
bethsaida: ciuitate andree ⁊ pe
tri. Inuenit philippus nathana
el: ⁊ dicit ei. Quem scripsit moy
ses in lege ⁊ ꝓphete: iuenim⁹ ie
sum filiū ioseph a nazareth. Et
dicit ei nathanael. A nazareth
p̄t aliqd boni esse. Dicit ei phi-
lippus. Ueni ⁊ vide. Uidit iesus
nathanael venientē ad se: ⁊ di-
cit de eo. Ecce vere israelita: in
quo dolus nō ē. Dicit ei natha
nael. Uñ me nosti? Rñdit iesus:
⁊ dixit ei. Priusq̄z te philippus
vocaret cū eēs sub ficu: vidi te.
Rñdit ei nathanael: ⁊ ait. Rab
bi. Tu es fili⁹ dei: tu es rex israe-
el. Rñdit iesus: ⁊ dixit ei. Qr di-
xi tibi: vidi te sub ficu credis: ma
ius his videbis. Et dixit ei. Am̄
amen dico vobis: videbitis ce-
lū apertū ⁊ angelos dei ascēdē
tes ⁊ descēdentes sup filiū hoīs.
Off. Gloria ⁊ hono. fo. 250. Sec.

Sacrandū tibi dñe mun⁹
offerimus: quo bti andree
apl̄i solēnia recolētes: purifica-
tionem quoq̄z nostris mentib⁹
imploramus. Per dñm. Cō.

Dicit andreas symoni fratri suo: i
uenimus messiaz qui dicitur christ⁹:
⁊ adduxit eum ad iesum. Compl.

Perceptis dñe sacr̄is sup-
pliciter exoramus: vt iter
cedente beato andrea apl̄o tuo
que ꝓ illius veneranda gerim⁹
passiōe nobis ꝓficiant ad mede
lam. Per. ¶ In die scō. Intro.
Mihi autē nimis. fo. 251. Oratio

Maiestatē tuam dñe sup-
plicit̄ exoram⁹: vt sicut
ecclesie tue btūs andreas apl̄s
tu⁹ extitit p̄dicator ⁊ rector: ita
apud te sit ꝓ nobis ꝑpetuus in-
tercessor. Per d. Ad Ro. X. C.



Frēs: Corde
eniz credit̄ ad
iustitiā: ore aūt ꝯfes-
sio fit ad salutē. Di-
cit enim scriptura.
Oīs enim q credit
in illū: non ꝯfundet̄.
Non eni est distin-

ctio iudei ⁊ greci. Nam idē dō
min⁹ omniū: diues in oēs q in/
uocant illū. Oīs enim qcūqz in
uocauerit nomē dñi: salu⁹ erit.
Quō ergo inuocabūt: in quem
non crediderunt? Aut qūo cre/
dent ei: quē non audierūt? Quo
modo āt audient sine predican
te? Quō vero p̄dicabūt nisi mit
tant? Sicut scriptū est. Quā spe
ciosi pedes euangelizantiū pa
cē: euangelizantiū bona. Sed
non oēs obediunt euangelio.
Esaias enī dicit. Dñe: quis ¦cre
didit auditui nr̄o? Ergo fides
ex auditu: auditus autem p v̄bum
christi. Sed dico. Nūquid non
audierunt. Et quidem in omnē
terram exiuit sonus eox: ⁊ in fi
nes orbis terre verba eox. Gr.
Constitues eos. Alla. ℣. Salue
crux que in corpore christi dedicata
es: ⁊ ex membris eius tanq̄ marga
ritis ornata. Seq̄ntia.
Deus in tua v̄tute scūs ādre
as gaudet ⁊ letat eadez comitatus.
Piscatio nati tui ipse primū factus
piscator pplox. Mirmidones idola
tras diu fluctuagos rete cepit fidei.
Is legib⁹ achaiā tuis de⁹ victor il/
lius subiugauit. Et tropheū chri/
sti tui fixit ibi bonū se ostentans mili
tē. Miracul' vit tutibus doctrinis q̄
cunqz q̄sita spolia tibi o rex attulit.
Atqz suo cruore triūphi inscripsit
titulos tui regū dñe. Istū crucis so
ciū ⁊ regni credimus. Obtinete filij
tui atqz fraterculū. Nos igit̄ pec/
catis nr̄is grauati te deus posci⁹.
Ut illius q tua semp sectatus pre/
cepta tibi placēt. Nos intercessione
tuearis in et ernū. Sm mat. IIII.



In illo tpe: Am
bulās ihesus iux
ta mare galilee: vi
dit duos frēs symo
nē qui vocat petr⁹:
⁊ andreā frēm eius
mittētes rete in ma
re. Erāt enī piscato/
res. Et ait illis. Venite post me:
⁊ faciā vos fieri piscatores ho
minū. At illi ꝓtinuo relictis re
tib⁹: secuti sunt eū. Et ꝓcedēs in
de vidit alios duos frēs: iaco
bū zebedei ⁊ ioānē frēm eius in
naui cū zebedeo pie eox: refici/
entes retia sua: ⁊ vocauit eos.
Illi autem statim relictis retib⁹
⁊ patre: secuti sunt eum. Offer.
Adibi āt nimis. fo. 253. Secreta.
Sacrificiū nr̄m tibi q̄s dñe
beati ādree apl'i tui p̄catio
sancta cōmendet: vt cuius ho/
nore solenniter exhibetur: meri
tis eius efficiat acceptuz. Per.
Prefatio. Te dñe suppliciter.
Cō. Venite post me faciā vos fie
ri piscatores hoium: at illi relictis re
tibus ⁊ naui secuti sunt dñz. Cōpl.
Sumpsim⁹ dñe diuina my/
steria bi andree festiuita/
te letātes: q̄ sicut tuis sciz ad gl'i
am: ita nobis q̄s ad veniā ꝓfec

se p̄ficias. Per. ¶ Dieb⁹ infra octauā sancti andree fiat singulis diebus cōme. in missa de eodē nisi festū duplex vel. ix. lcō. occurrerit: in octā vero fiat sicut in die sctō exceptis Gl'ia in excel. Credo. ⁊ p̄fatio de aplis ¶ In festo barbare v̄g. ⁊ m̄. it. Gaudeamus oēs. fo. 240. Oīo.

DEus q adhuc in ānis teneris ꝯstitutā gloriosam virginē barbaram scissimo passiōis tue mysterio ꝯsecrasti tribue q̄s: vt q eius solēnitate gaudemus: iucundissimo imaginis tue signaculo gl'iemur. Per. Lcō. Cōfitebor ti. fo. 269. Gr. Adiuuabit eā de⁹. Alla. v̄. Sydus celi fulgidū plebis attēde canticum: ac promissa gaudia deposce sācta barbara prece pia. Vel Alleluia. v̄. Diffusa ē. fo. 270. Seq̄n.

LEto corde resonem⁹ ⁊ in arce iubilem⁹ ad ipsaz cū canticis. Ex qua manāt arguēdi modi recte ⁊ viuēdi in figuris celicis. Quos ad p̄mū tūc reduxit in barbarā dū effluxit vniuersal' gr̄a. In qua nulla re/pitur negatura sz nescit mētis carnis macula. Et extremis carne mēte centro verbo inherente p amoris viculū. Sic exclusit oē vex duz ens primū clausit rex p illapsū celicum. Martyrio ⁊ doctrina castitate quasi trina in figure disputat. Vertex ei⁹ crucis signa dū munit cum maligno hoste trino dimicat. Deuz trinū vnum docet seuit pr̄ ⁊ non nocet statiz ei⁹ gladius. Sp̄osa christi qz cedit mur⁹ trāsit ⁊ nō ledit velut lucis radius. Flagellata ꝯcremata eculeo tormētata afflicta supplicijs. Inter penas q̄ amenas veri sentit fontis venas ifixa delitijs. Q̄ r̄is domo deiecta terrā circuit vt despecta de/nudata penit⁹. Velū orās dū aspexit mūda stola hāc protexit formata diuinit⁹. Vita ista duz grauamur vt aspectu mereamur creatoris p̄fici. Eya v̄go nos agnosce sacr̄o nos deposce saluatoris refici amē. Vel seq̄n. de cōi v̄. Euā. Sil'e ē reg. ce. de. f. 270. Of. Offerentur. mi

Sn⁹ vt i cōi. fo. 271. Secreta

Sacrificiū dñe qd̄ ad laudē ⁊ honorē nois tui deferim⁹: intercedētib⁹ meritis btē barbare virgis ⁊ martyris tue placat⁹ suscipe: ⁊ tuis sctissimis p̄cib⁹ a nr̄oꝝ pcōꝝ nos vicul' absolue. p Cō. Qui me dignat⁹ ē ab oī plaga curar̄: ⁊ māmillas meas meo pecto/ri r̄stituer̄ ip̄z iuoco deū viuū. cōpl.

QUesum⁹ op̄s de⁹: vt q̄s celesti pane satiasti: p̄cib⁹ ⁊ meritis btē barbar̄ v̄ginis ac martyris tue ab hoste maligno d̄fēdas. p d. ¶ In festo sctī nicolai ep̄i. Int. Statuit ei. f. 263

DEus q btm̄ nicolaū oīo piū pōtificē inumerj d̄corasti miracul': ꝯcede ꝓpitius: vt ei⁹ meritis ⁊ p̄cib⁹ a gehēne liberemur icēdijs: ⁊ celestib⁹ gaudi

is pfruamur. Per. Lcō. Scie-
tis qz misi. folio. 264. Gradua.
Ecce sacer. Alla. ℣. Tūba scti
viri nicolai sacrū refudat oleū semp
q̄ liniti egri sanant oēs. Vel Alla.
℣. Jurauit dñs. fo. 265. Scq̄n.
Congaudētes exltem⁹ vocali
ꝯcordia. Ad bti nicolai vo
tiua solēnia. Qui i cunis adhuc ia
cēs seruādo ieiunia. Amāmilla ce
pit sūma ꝓmereri gaudia. Adole-
scēs āplexat lr̄az studia. Alien⁹ et
īmunis ab oī lasciuia. Felix ꝯfes-
sor cui⁹ fuit dignitatis vox de celo nū
cia. Per quā ꝓfect⁹ ꝓesulatu subli
mat ad sūmis fastigia. Erat i ei⁹
aīo pietas eximia: ꝛ oppssis impēde
bat multa bñficia. Auro ꝑ eū vir-
ginū tollit infamia atqz pr̄is earun-
dez leuat inopia. Quidā naute na
uigātes: ꝛ ꝯtra fluctuū seuitiā luctan
tes pene naui dissoluta. Iā de vita
desperātes in tanto positi piculo cla
mātes voce oēs dicūt vna. O bea-
te nicolae nos ad portū maris trahe
de mortis āgustia. Trahe nos ad
portū maris: tu q tot auxiliaris pie-
tatis gr̄a. Dū clamarēt nec icassū
ecce qdā dicēs assum ad vr̄a p̄sidia.
Stati aura dat grata: ꝛ tempestas
vi sedata qeuerūt maria. Ex ipsi⁹
tūba manat vnctiōis copia. Que
īfirmos oēs sanat ꝑ eius suffragia.
Nos q sum⁹ in hoc mūdo: vitioꝝ i
ꝓfundo iā passi naufragia. Glio-
se nicolae ad salutis portū trahe vbi
pax ꝛ gl̄ia. Ipsaz nobis vnctionē i
petres a dño p̄ce pia. Qua sanauit
lesionē multoꝝ patrantium īmania.
Qui⁹ festū celebrātes gaudeāt per
scl̄a. Et coronet eos chr̄s post vi-
te curricula. Amē dicāt oīa. cuā.
Sint lūbi vestri. fo. 266. Offer.
Sueritas mea. fo. 266. Sec.
Sanctifica dñe q̄s hostias
q̄ in veneratiōe sci antistitis tui
nicolai offeruntur: vt per ea vi
ta nostra īter aduersa ꝛ ꝓspera
vbiqz dirigatur. Per. Cōmu.
Sdñe qnqz tal. fo. 267. cōpl.
Sacrificia q̄ sumpsim⁹ dñe
ꝓ solēnitate sci pōtificis tui ni-
colai sempiterna nos q̄s prote
ctiōe ꝯfirmēt. ꝑ. ¶ In festo scti
Ambrosij archiepi. Introitus.
Sacerdotes eius. fo. 263. Oratio
Deus auctor mūdi ꝛ cōdi
tor q hodierne festiui ta-
tis diē bti ābrosij sacerdotis ele
ctiōe ꝯsecrasti: p̄sta ppl̄o tuo: vt
cui⁹ ānua celebritate d̄uotis re
sultat obseqis: ei⁹ suffragijs tue
pietatis ꝯseq̄t auxiliū. ꝑ. Lectio
Testificor coram. fo. 265. Gra.
Sacerdotes eius. fo. 265. Al. ℣.
Serue bone. fo. 265. Sequentia
de cōi ꝯfesso. ꝛ pōtifi. Euāgeli.
Vos estis sal terre. fo. 266. Of.
Posuisti dñe. fo. 263. Sec.
Beati sacerdotis tui ābro
sij dñe p̄cib⁹ adiuuemur: ꝓ cui⁹
solennitate offerimus munera
tua sancta letantes. Per. Cō.
Beatus seruus. fo. 267. Cōplē.

SAncti ābrosij sacerdotis tui nos q̄s dñe iugiter ꝓsequatur oro: vt qd petitio nr̄a ñ ipetrat: ipso ꝓ nobis iteruenie̅te prestetur. Per. ¶ In festo ꝯceptiōis btē marie v̄. Introit⁹



Gaudeamus oēs i dño diē festū celebrātes in honore marie v̄ginis: de cuius ꝯceptiōe gaudēt angeli ⁊ collaudāt filiū dei. ps̄. Eructauit cor meum verbum bonuz: dico ego opera mea regi. Oratio.

DE⁹ ineffabilis mīe: q̄ prime mulieris piacula ꝑ v̄ginē mariā expiāda sanxisti: da nobis q̄s: ꝯceptiōis eius digne solēnia venerari: q̄ vnigenitū tuum v̄go ꝯcepit: ⁊ virgo peperit. Dominum nostrū. Lectio li. sapien. Prouer. VIII. C.

DOmin⁹ possedit me initio viaꝝ suaꝝ: anteq̄ꝫ qc q̄ꝫ faceret a p̄ncipio. Ab eterno ordinata sū ⁊ ex antiqs: anteq̄ꝫ terra fieret. Necdū erāt abyssi: ⁊ ego iā ꝯcepta erā. Necdū fontes aquaꝝ eruperāt: necdū mōtes graui mole ꝯstiterāt. Ante colles ego parturiebar. Adhuc terrā nō fecerat ⁊ flumiā: ⁊ cardīes orbis t̄re. Qñ p̄parabat celos aderā qñ certa lege ⁊ gyro vallabat abyssos: qñ ethera firmabat sursū: ⁊ librabat fōtes aq̄rū. Qñ circūdabat mari t̄minū suū: ⁊ legē ponebat aqs: ne trāsirent fines suos. Qñ appēdebat fūdamēta t̄re: cū eo erā cuncta cōponēs. Et d̄lectabar ꝑ singulos dies: ludēs coraz eo oī tp̄e: ludēs in orbe t̄raꝝ: ⁊ d̄litie mee cū filijs hoiuz. Nūc ergo filij audite me. Btī q̄ custodiunt vias meas. Audite disciplinā ⁊ estote sapiētes: ⁊ nolite abijcere eam. Btūs hō qui audit me: ⁊ q̄ vigilat ad fores meas quotidie: ⁊ obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit: inueniet vitam ⁊ hauriet salutem a dño. Grad. Propt̄ verita. fo. 270. Alla. ℣. Salue v̄ga florēs aaron: salue tu firmata i syō: salue v̄go valde decora: ⁊ pro nobis semper ora. Seq̄ntia.

HOdierne lux diei celebris in mr̄is dei agit̄ memoria. Decātemus in hac die semp v̄ginis marie laudes ⁊ p̄conia. Oīs homo oī hora hāc adorat ac īplora eius p̄rocinia. Psalle psalle nisu toto cordis ore voce voto aut plena gr̄a. Aue dña celoꝝ inexperta viri thoruz parens maria nescia. Fecundata sine viro: genuisti more miro genitorē

filia. Florens hort⁹ austro flante: porta clausa post ⁊ ante via viris in uia. Fusa celi rore tellus: fusum gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue dec⁹ firmamēti: tu caliginose mē/ti desup irradia. Placa mare ma/ris stella: ne iuoluat nos ꝓcella ⁊ tē-pestas valida. Amē dicat oīs eccle sia. Initiuz sancti euangelij. Secundum Mat. I. C.



Liber gn̄atōis iesu christi filij dauid: filij abraam. Abraā genuit isaac Isaac āt genuit iacob. Jacob āt genuit iudā: ⁊ frēs eius. Judas aūt genuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares autē genuit es ō. Esrō autez genuit aram. Arā autē genuit aminadab. Aminadab āt genuit naason. Naason āt genuit salmon. Salmō aūt genuit booꝫ de raab. Booꝫ aūt genuit obeth ex ruth. Obeth āt genuit iesse. Jesse aūt genuit dauid regem. Dauid āt rex genuit salomonez ex ea q̄ fuit vrie. Salomon aūt genuit roboā. Roboā autē genuit abiā. Abias autē genuit asa. Asa aūt genuit iosaphat. Josaphat āt genuit iorā. Jorā āt genuit oziā. Ozias aūt genuit ioathan. Joathā āt genuit achaꝫ. Achaꝫ āt genuit ezechiaz. Ezechias āt genuit manassen. Manasses āt genuit amon. Amon āt genuit iosiā. Josias āt genuit iechoniā ⁊ frēs eius in trāsmigratōe babylonis. Et post trāsmigrationē babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel āt gēuit zorobabel. Zorobabel āt genuit abiud. Abiud āt gēuit eliachi. Eliachim aūt genuit azor. Azor autē genuit sadoch. Sadoch aūt genuit achi. Achi āt genuit eliud. Eliud āt genuit eleazar. Eleazar āt genuit mathan. Mathā āt genuit iacob. Jacob āt genuit ioseph viruz. marie. De qua natus est iesus: qui vocatur chr̄s. Credo in. Offer. Recordare dei genitrix in ꝯspectu filij tui: vt loquaris pro no//bis bona: ⁊ vt auertat indignationez suam a nobis alleluia. Sec.

Salutarē op̄s pr̄ hostiā immolātes: iploram⁹ clementiaz tuā: vt genitricis filij tui supplicatiōe ꝯtinua placat⁹: ꝑ eadem nos ⁊ a pcis absoluas: ⁊ ad visionē gl̄ie tue ꝑducas. Per d. Prefatio. Et te in ꝯceptione. Cō. Diffusa ē g. fol. 271. Cōp.

Celestis alimonie vegetati libamine q̄s dn̄e de⁹ nr̄ vt nos semꝑ gl̄iose v̄ginis marie ꝯtinua foueat ꝓteetio: cuius nr̄e salutis cā extitit hodierna ꝯceptio. ꝑ. ¶ In fe. sci syri epi. Dint. Sacerdotes di. f. 263. or̄

Deus q es antistitū tuoꝝ

potētissim⁹ illustratō tribue q̄s vt btissi sacdoti ⁊ ꝯfessori tui syri magnifici exēpl'i formati scl'i isti⁹ caliginē siñ picl'o trāseam⁹ p. Lcō. Ecce sac. fol. 264. Grad. Jurauit dñs. fo. 265. All. ℣. Jurauit dñs. fo. 265. Sequentia de de cōi pontificum. Euangeliuz Sint lūbi. Oia in cōi. folio 266. Of. Gloria ⁊ hono. fo. 263. Sec.

Quesumus op̄s deus: vt culpaꝝ nostraruz apud te veniā beati syri impetret grata precatio. Per. Communio. Fidelis seruus. fo 267. Cōplēda

Concede q̄s op̄s deus: vt qui venerādam gl'iosissimi ꝯfessoris ⁊ sacerdotis tui syri depositionē annuis frequentamus excubijs: dignaz ipsius imitationē sectādo gaudioruz eius mereamur eē participes. Per dñz. ¶ In festo btē lucie virginis ⁊ martyris. Introit⁹. Dilexisti iustiti. fol. 268. Oratio.

Exaudi nos de⁹ salutaris nr̄: vt sicut de beate lucie v̄ginis ac martyris tue festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotiōis erudiamur affectu. Per. Lctō. Confitebor tibi. fo. 269. Grad. Dilexisti iusti. folio. 268. All. ℣. Specie tua. fo. 270. Sequētia d̄ cōi virginū. Euange. Simile ē regnū celoꝝ de. fo. 270. Offer.

Offerent. min⁹. f. 271. Sec.

Accepta sit tibi dñe sacrate plebis oblatio ꝓ tuoꝝ honore sctōꝝ quoꝝ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per. Communio. Diffusa est gr̄a. fo. 271. Cōplen.

Satiasti dñe familiā tuam muneribus sacris: eius q̄s semp interuentiōe nos refoue: cuius solēnia celebram⁹. ¶ Eodem die Otilie virginis. Oīo.

Deus illuminator gētiū: q ꝑ spūm sci gr̄am almā tuā virginē otiliā a natiua oculoꝝ cecitate dignat⁹ es liberar̄: p̄sta q̄s: vt apud tuaz misericordiā ipsa suffragante: absolue tetras nr̄i cordis caligines: vt pura tibi mēte seruiamus: ⁊ a peccatis nostris misericorditer absoluamur. Per. Sec.

Munera tibi dñe nr̄e seruitutis offerim⁹ i beate otilie virginis solēnitate suppliciter dep̄cantes: vt q ei gr̄am sancti spiritus contulisti: eandez cordib⁹ nostris clemēter infunde ei⁹ meritis gl'iosis. Per. eius. Cōplē.

Adiuuēt nos q̄s dñe hec mysteria scā que sumpsimus: ⁊ itercedēte btā otilia virgine tua: a cūctis erroribꝰ nos exuant: ⁊ ad gaudia eterna ꝑducant. Per. ¶ In vigil. sancti thome apostoli. Introitus. Ego autē. fo. 249. per totū vt in cōi de apl'is ¶ In die scō. Int. Mihi autē nimis. foli. 252. Oīo

DA nobis q̃s dñe ꝺbi thome apl̃i tui solẽnitatib⁹ gl̃iari: vt eius semper ꝓcinũs subleuemur: ⁊ fidẽ congrua: de uotiõe sectemur. ℙer. **Lectio.** Bñdictus deus. fo. 251. **Grad.** Nimis bono. fo. 252. **Al. ℣.** Non vos me elegi. fo. 252. **Regre oia in cõi apostolo⁹. fo. 252. Seq̃n.**

SAlue thoma dídime: dux pu/gne legitie salutis signaculuꝫ. ℳ ũdi príncepꝭ optie forma pacis íntime vitatis speculũ. ℑ u lucerna salutis tu pscrutator dei excelsus in gl̃ia. ℨ tigmata iesu chr̃i potenter itroisti ⁊ va mysteria. ℑ u virtutũ radius quo vginis filí⁹ dat mũdo solatiũ. ℍ rte mirãda struis ꝙductoribus tuis celeste pallatiũ. ℑ u motuoꝝ motor viuentiũ ꝓmotor: curator debilíũ. ℍ byssus delitie cultor: amicitie defensor fidelíũ. ℕ ũc pie nos tuere ne possit nos terrere malorum aduersitas. ℍ ac nos iesuꝫ videre q̃ fons est vite v̊e sanctoꝝ suauitas. **Vel sequen.** Clare scõꝝ. fol. 252. **Secundum Joannẽ.** XX.

IN illo tpe: Thomas aut̃ vn⁹ ex duodecí qui dr̃ didimus non erat cũ eis q̃n venit ie sus. Dixerũt ergo ei alí discipuli. Vidimus dñm. Ille aũt dixit eis. Nisi videro in manib⁹ eius fixuram clauoꝝ: ⁊ mittã ꝺigitũ meũ in locum clauoꝝ: ⁊ mittaꝫ manum meã in latus eius non credã. Et post dies octo iteruꝫ erant discipuli eius intus: ⁊ thomas cuꝫ eis. Venit iesus ianuis clausis: ⁊ stetit in medio: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer ꝺigituꝫ tuuꝫ huc: ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manum tuã ⁊ mitte in latus meũ: ⁊ noli esse ícredulus sed fidelis. Rñdit thomas ⁊ dixit. Dñs meus: ⁊ de⁹ me⁹. Dicit ei iesus. Quia vidisti me credidisti. Beati q̃ non viderunt ⁊ crediderunt. **Off.** In oẽm terrã. fo. 252. **Sec.**

DEbitum dñe nostre seruitutis reddimus officium suppliciter exorantes: vt suffragijs beati thome apostoli tui in nobis tua munera tuearis: cui⁹ bono: rãdo ꝓfessionẽ laudis tibi hostias imolamus. per. **Commu.** ℳitte manum tuã ⁊ cognosce loca clauoꝝ alr̃. ⁊ noli esse incredulus sed fidelis alr̃ ar̃. **Cõplẽ.**

SAcri tui munere vegetati q̃s: vt itercessione beati thome apl̃i tui bonis q̃bus nũc p̃fruamur eternis. ℙer d. ℂ **In festo scẽ anastasie vg. ⁊ martyris Int.** Dilexisti iusti. fo. 268. **Oro.**

DA q̃s ops de⁹: vt q̃ beate anastasie martyris tue solẽnia colim⁹ ei⁹ apud te ꝓcinia sentiamus. ℙer. **Gradua.** Dilexisti iu. f. 270. **Alla. ℣.** Spẽ tua. fo. 270. **Seq̃n. de cõi virgi. Of.** Offerent. fol. 271. **Secreta.**

Accipe q̄s dñe munera dignāter oblata: ⁊ btē anastasie suffragantibus meritis: ad nostre salutis auxilium proue nire concede. Per. Cōmunio.

Dilexisti. folio. 271. Cōplē.

Satiasti dñe familiā tuam muneribꝰ sacris: eius q̄s semp ī tercessione nos refoue: cuiꝰ solēnia celebramꝰ. p. ¶ Zoilii presbyteri ⁊ confessoris. Introitꝰ.

Os iusti medita. fo. 263. Oratio.

Exaudi dñe p̄ces nr̄as q̄s in sci zoilli ꝯfessoris tui solēnitate deferimꝰ: vt qui tibi digne meruit famulari: eiꝰ ītercedentibus meritis ab oībus nos absolue peccatis. Per d. Gra.

Jurauit dñs. folio. 265. Alla. ℣.

Btūs vir. fo. 261. Sequē. de simplici ꝯfes. Offer. Gloria ⁊ honore. folio. 263. Secreta.

Hostias tibi dñe p solēnitate sci zoilli ꝯfessoris tui offerimꝰ supplicit dep̄cātes: vt sicut illi p̄buisti sacre fidei claritatem: sic nobis idulgentiam largiaris ⁊ pacem. Per dominum. Com.

Posuisti dñe. fo. 263. Cōp.

Deus fideliuz remunerator aīaꝝ p̄sta: vt p hec scā q̄ sumpsimꝰ: ⁊ p p̄ces btī zoilli ꝯfessoris tui cui venerādā celebramꝰ solēnitatē p̄cibꝰ eiꝰ idulgētiā cōseq̄mur. p. ¶ Siluestri pape itr.

Sacerdotes tui. fo 263. Oro

Da q̄s op̄s deus: vt beati siluestri ꝯfessoris tui atq̄ pōtificis venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. p. Et fit cōme. de natiui. ⁊ de octauis: qr ifra octāz celebrat hoc festū. Lcō. Ecce sacerdos. fo. 264 Gra. Ecce sacer. fo. 265. Al. ℣. Elegit te. foli. 266. Seq̄n. de cōi ꝯfes. ⁊ pōti. Euā. Vigilate ergo. fo. 266. Offertori. Inueni dauid. folio. 267. Secreta.

Sancti siluestri ꝯfessoris tui dñe nobis pia non desit oro: q̄ ⁊ munera nr̄a ꝯciliet: ⁊ tuā nobis īdulgētiā semp obtineat. p. Cō.

Btūs seruus. fo. 267. Cōp.

Presta quesumꝰ op̄s deꝰ: vt de p̄ceptis muneribus gr̄as exhibētes: bñficia potiora sumamus. p. ¶ Paulini p̄riarche ⁊ ꝯf. Int. Sacerdotes tui. f. 263. Oro

Presta qm̄s op̄s deus: vt btī paulini ꝯfessoris tui atq̄ pōtificis meritis adiuuemur cuiꝰ votiua solēnia celebramꝰ. Per. Lcō. Ecce sa. fo. 264. Gr. Ecce sa. fol. 265. Alr. ℣. Inueni dauid. fo. 265. Sequē. de cōi pōtificis. Euāg. Hō quidā pereg. fo. 266. Offer. Inueni dauid. fol. 267. Oīa require in cōmuni pōtificis ⁊ confesso. Secre.

Sancti paulini ꝯfessoris tui atq̄ pontificis qm̄s dñe annua solennitas pietati tue nos reddat acceptos: vt p hec pie placationis officia: nobis gratie tue

dona

dona conciliet. Per. Cōmu.
Beatus seruus. fo. 267. Cōplē.
DEus fideliū remunerator aiaꝝ presta: vt beati paulini ꝯfessoris tui atq; pōtificis cui⁹ venerandā celebram⁹ festiuitatē: precibus idulgentiā ꝯseq̄mur. p. ¶ Marcelli pape ⁊ mar. Int. Statuit ei. f. 263. Oro
PReces populi tui q̄s dñe clemēter exaudi: vt beati marcelli martyris tui atq; pōtificis meritis adiuuemur: cui⁹ passiōe letamur. p. L. Pl'es sci. fo. 264. Gra. Inueni da. fo. 265. All'. ℣. Serue bo. fo. 265 Euā. Vigilate ergo fo. 266. Offerto.
SVeritas mea. fo. 267. Sec.
Vscipe q̄s dñe munera dignāter oblata: ⁊ beati marcelli martyris tui atq; pōtificis suffragātib⁹ meritis ad nr̄e salutis auxiliū ꝓuenire ꝯcede. p. Cō.
SDñe qnq; foli. 267. Cōpl.
Atiasti dñe familiā tuam munerib⁹ sacris: ei⁹ q̄s semp interuētiōe nos refoue: cui⁹ solennia celebram⁹. p. ¶ In festo sci antonij abbatis. Introitus Os iusti. folio. 263. Oratio.
DEus q nos ꝯcedis obtentu bti antonij ꝯfessoris tui morbidum ignē extingui: ⁊ mēbris egris refrigeria p̄stari: fac nos ei⁹ intercedētibus meritis a gehēne ignis īcēdijs liberari ⁊ integros mēte ⁊ corpe tibi feliciter in gl'ia p̄ntari. Per. Lectio.
Btūs vir q in sa. fo. 261 Grad.
Dñe p̄uenisti. foli. 261. All'a. ℣.
Serue bone. fo. 265. Sequentia
Dilectus deo. fo. 268. Euā. Sint lumbi. foli. 266. Offertorium.
SVeritas mea. fo. 267. Sec.
Acrificiū nr̄m q̄s dñe benign⁹ intēde: quo sicut bti antonij p̄cib⁹ cruciat⁹ tpales sanare nō desinis: ita erui misericordit impetrem⁹ ab eternis. p. Cō.
PBtūs seruus. f. 267. Cōp.
Rosit nobis ad salutē dñe sacri muneris oblatio: p quā bti ātonij suffulti suffragio oīa tela neqssimi ignea extinguētes: scōꝝ mereamur adiūgi ꝯsortio. p. ¶ In festo scē p̄sce v̄. Intro. Loq̄bar de testi. fo. 268. Oratio.
DA q̄s op̄s deus: vt q btē p̄sce v̄ginis ac martyris tue natalitia colim⁹: ⁊ ānua solennitate letemur: ⁊ tante fidei ꝓficiamus exēplo. Per. Lctō.
Sapientia vincit. fo. 269. Gr.
Specie tua. fo. 270. All'. ℣. Adducentur regi. fo. 270. Euāgeliū.
Sil'e ē regnū celoꝝ thes. fo. 271 Offer. Filie regū. fo. 271. Secre.
HEc hostia q̄s dñe quā scōruz tuoꝝ natalitia recēsētes offerim⁹: vincula nr̄e prauitatis absoluat: ⁊ tue nobis misericordie dona ꝯciliet. p. Cō.
QFeci iudiciuz. f. 271. Cōp.
Uesum⁹ dñe salutarib⁹

repleti mysterijs: vt cui⁹ solennia celebram⁹: eius oꝛonib⁹ adiuuemur. Per. ¶ In festo scti Fabiani ⁊ sebastiani mar. Int. Intret in ꝯspectu. fo 253. Oratio

Infirmitatē nr̄am respice op̄s de⁹: ⁊ qꝛ pōdus ꝓprie actiōis grauat: bti fabiani martyris tui atq̄ pōtificis intercessio gl̄iosa nos ꝓtegat. Et de scō sebastiano sub vna ꝯclusiōe. oꝛ.

Deus q btm̄ sebastianum martyrē tuū virtute constātie in passiōe roborasti: ex ei⁹ nobis imitatiōe tribue ꝓ amore tuo ꝓspa mundi despicere: ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per. Lcō. Sci ꝑ fidem. f. 255. Gra. Gl̄iosus deus. fo. 256. Alleluia. ℣. Sci tui dñe florebunt. f. 256. Seq̄ntia. Agone triumphali. fo. 257. Uel tract⁹ Qui seminat. fo. 257. Euan Descēdēs iesus de monte stetit in loco cāpe. fo. 258. Of. Letamini in dño. fo. 259. Oia reqre in cōi mar. Secreta

Hostias tibi dñe beati fabiani martyris tui atq̄ pōtificis dicatas meritis benign⁹ assume: ⁊ ad ꝑpetuuz nobis tribue ꝓuenire subsidiū. Alia secr

Accepta sit in ꝯspectu tuo dñe nr̄e deuotionis oblatio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris: pro cuius solēnitate defertur. Per. Cōmu.

Multitudo lāguentiū ⁊ q vexabantur a spiritibus īmundis veniebant ad eū: qꝛ virtus de illo exibat ⁊ sanabat omnes. Cōplenda.

Refecti ꝑticipatiōe muneris sacris q̄s domine deus noster: vt cuius exeqmur cultum: sentiam⁹ effectū. Alia cōplen.

Sacro munere satiati supplices te dñe deprecamur vt qd̄ debite seruitutis celebramus offō: intercedēte btō sebastiano martyre tuo: saluationis tue sentiam⁹ augmentuz. Per. ¶ In festo scē agnetis virginis ⁊ martyris. Introitus. Me ex/

Opectauerunt. fo. 268. Oꝛo

Mp̄s sempiterne deus: q infirma mūdi eligis: vt fortia queq̄ ꝯfundas ꝯcede ꝓpiti⁹: vt q btē agnetis martyris tue solēnia colim⁹: eius apud te pꝛocinia sentiam⁹. Per. Lectio. Cōfitebor tibi. folio. 269. Gradua. Diffusa est gr̄a. fo. 270. All. ℣. Ingressa agnes turpitudis locū: angelū dñi p̄paratū iuenit. Uel trac. Qui seminat. f. 257. Uel seq̄n. de cōi ℣g. fo 270. Euā. Sil'e ē r̄. c. d. 270. Of. Offer. mai⁹. 271. Sec.

Hostias dñe q̄s tibi offerim⁹ ꝓpiti⁹ respice: ⁊ ītercedēte btā agnete martyre tua vīcl'a pcōꝝ nr̄oꝝ absolue. ꝑ. Cō. Quinq̄ pruden. fo. 271. Cōplē.

Refecti cibo potuq̄ celesti de⁹ nr̄: te supplices exoramus: vt in cui⁹ hec cōmemora

tiõe ꝑcepim⁹: eius muniamur ⁊ ꝑcibus. ꝑ. Nota ꝙ oĩ die in missa vsq; ad oct. fiat cõmemo. de btã agnete: nisi festũ duplex vl' ix. lec. occurrerit. ¶ In festo sci vincentij mar. Intr. Letabit' iustus. folio. 260. Oratio

A Desto q̃s dñe supplicatiõibus nr̃is: vt q ex iniquitate nostra reos nos eẽ cognoscim⁹ bti vincẽtij martyris tuĩ intercessione liberemur. Per dñz. Lectio Esaie propht. XIIII. C.

Hec dicit dñs. Creãs te iacob: ⁊ formãs te israel: noli timere. Quia redemi te: ⁊ vocaui te noie tuo. Me⁹ es tu. Cũ trãsieris ꝑ aquas tecũ ero: ⁊ flumina non opient te: cũ ambulaueris ꝑ ignem: nõ cõbureris: ⁊ flãma non ardebit in te: q̃ dñs deus ego scũs isrl' saluator tu⁹. Dedi ꝓpitiationez tuã egyptũ: ethiopiaz ⁊ sabba ꝑ te. Ex quo honorabil' factus es in oculis meis: ⁊ gl'iosus: ego dilexi te ⁊ dabo hoies ꝑ te: ⁊ ppl'os ꝑ aĩa tua. Noli timere: q̃ tecũ ego sũ dicit dominus oĩpotens. Ora. Posuisti dñe. fo. 261. Alla. ℣. Letabit' iustus. fo. 260. Vel tracr. Desideriũ aĩe. fo. 262. Euãg. Si quis venit. fo. 262. Offert. Gl'ia ⁊ hono. fo. 262. Secreta.

Muneribꝰ nr̃is q̃s dñe ꝑcibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos mũda mysterijs: ⁊ clementer exaudi. Per. Cõmu. Qui vult venire. fo. 293. Cõplẽ.

Quesumus op̃s de⁹: vt q celestia alimẽta percepimus: ĩtercedente btõ vincentio martyre tuo: ꝑ hec ꝯtra oĩa aduersa muniamur. ¶ In festo ꝯuersiõis sci pauli apti. Intro.



Scio cui credidi ⁊ cert⁹ suz: q̃ potẽs est ꝺpositũ meũ seruare in illum diem. ℣ Celi enarrãt gl'iam dei: ⁊ opa manuũ eius annunciat firmamẽtũ. Or.

pore vobiscũ sum ⁊ non cognouistis
me: philippe que videt me videt et
patrem alla alla. Compl.
Quesumus dñe salutari/
bus repleti mysterijs: vt quoꝝ
solennia celebramus: eoꝝ ora/
tiõibus adiuuemur. p. ¶ In fe
sto sci sigismundi regis ⁊ mar.
Int. Protexisti me deus. 207. or.
Deus q beatũ sigismũduz
regẽ vtroqz dyadema/
te cũ desiderata corona marty
rij honorare dignat⁹ es ⁊ eius
reliquias ex ꝓfundo gurgite ad
celebrandum fidelibus reuela/
sti: tribue q̄s: vt qui eius meri/
ta in terra veneramur: ipsius in
tercessionibus ab oibus semper
muniamur aduersis. per. Lcõ.
Justuz deduxit dñs. folio. 261.
Alla. ℣. Qui ꝓ christo fundis vi
tam: funde p̄ces pro imundis vt te
mũdo sigismundo in hoc tã immun
do mũdo tibi p̄ces corde mundo de
mus ⁊ ore letabũdo. All. ℣. Sur
rexit pastor. fo. 105. Post ascẽ/
sionem. Alla. ℣. Ascendit deus
in iubilatione. fo. 112. Sequentia.
Clarus dies ⁊ decorus nobis
fulsit psallat chor⁹ natali cõ/
cordia. Psallant oẽs letabundi ad
bti sigismundi festiua solẽnia. Qui
secutus chr̄i ducem nouuz nou⁹ mi/
les crucẽ suis figit humeris. Pau/
ꝑtatis intrat scolã ⁊ regalẽ ponit sto/

laz spe diuini muneris. Rex ad bonum aīatus vt sit regū regi gratus thebas martyrib⁹. Offert pio voto mētis regnum suū ⁊ non gētis victū parat fratrib⁹. Cuz vir bon⁹ cedit malis sup mōtē vere salis struit domiciliū. Spernit mūdum sitit deū tandē deus vocat euz ad se per martyriū. Morti dat̄ sed post mortē scūs in scōꝝ sortē transit agenensium. Quibus viu⁹ deseruiuit cū his ⁊ post mortē viuit in terra viuentiū. In qua sanctis adequat̄: ⁊ btūs coronat̄ martyr cuz martyrib⁹. Nec indigne: qꝛ datur: vt ꝑ christo patiat̄ perfidis tortoribus. Ob qd̄ donis illustrat̄: mira qbus operatur virtute deifica. Nam qui mundus hunc precatur: votis suis nō frustrat̄ per ipsius merita. Sigismunde martyr dei: ora deum vt nos rei mereamur veniā. Nos īmundos mundi fece: duc demundatos tua prece ad celestem p̄riam amen. Euangeliū. Ego sum vitis ve. fo. 250. Of. Confitebunt̄ celi. fo. 263. Secre.

Concede q̄s rex eterne: vt huius sacrificij mun⁹ interuentu sci sigismundi regis ⁊ martyris tui fragilitatez nr̄am ab omni aduersitate semꝑ protegat ⁊ muniat. Per. Cōmu. Letabit̄ iustus. fo. 263. Cōplen.

Purificēt nos q̄s rex eterne tua ꝑcepta sacr̄a: ⁊ intercessiōe beati sigismūdi regis ⁊ martyris tui expiatos: ab oī malo tibi nos reddāt acceptos. Per dominum nostrū. ¶ In inuentione scē crucis. Introit⁹.



Nos āt gloriari oportet ī cruce dñi nr̄i iesu chr̄i: in q̄ ē salus vita ⁊ resurrectio nostra: ꝑ quē saluati ⁊ liberati sumus all̄. ps. De⁹ misereat̄ nr̄i ⁊ bn̄dicat nobis illuminet: vultū suū sup nos ⁊ misereatur nr̄i. Oro.

Deus q in p̄clara salutifere crucis īuentiōe passiōis tue miracula suscitasti ꝯcede q̄s: vt vitalis ligni precio eterne vite suffragia ꝯseq̄mur. Per dñm. ¶ Alia ꝑ scis alexandro euetio theodolo ⁊ iuuenali. Oratio.

Presta q̄s op̄s deus: vt q scōꝝ martyruz alexandri euentij theodoli atqz iuuenalis natalitia colimus: a cunctis malis īminentibus: eoruz intercessionibus liberemur. Per dominum nostrum iesum christū filium. Ad galathas. V.C.

Fratres: Confido de vobis in domino iesu: ꝙ nihil aliud sapiatis. Qui autem conturbat vos: portabit iudicium: quicūqꝫ est ille. Ego autem

fratres si circūcisionem adhuc
prædico: qd adhuc pſecutionez
patior? Ergo euacuatū est scan
dalū crucis: vt & abscindant q
vos cōturbāt. Quicūq; volūt
placere in carne: hi cogūt vos
circuncidi tm̄: vt crucis chri pſe
cutionē non patiant. Neq; eni
q circuncidunt legem custodiūt
sz volūt vos circūcidi vt in car
ne vra glorient. Mihi autē ab
sit gl'iari: nisi in cruce dñi nostri
iesu christi. Per quē mihi mū
dus crucifixus ē: & ego mundo.
All. ℣. Dulce lignū dulces cla
uos dulcia ferēs pondera q̄ sola fui
sti digna sustinere regem celoz & ho
minū. Alla. ℣. Chr̄s resurgēs. fo.
102. Post ascēsionez. All. ℣.
Ascēdit in iubilatione. fo 112. Hel
Alleluia. ℣. Ascendo ad patrem
meum. fo. 112. Sequentia.
Salue crux scā arbor digna cu
ius robur pciosum mūdi fert talētū:
vt hostis p lignū victor ligni reuice
ret. Quicq exortus mortis primis
terrigenis paradiso ppulsis. Cau
sa ēt vite foret cūctis chri mortis ve
re viuificādis horrificiū tue signum
semper inimicis crux sacra seuis.
Quā mors pauet ifernusq timet q̄
christo suo reconsignet. Qui laus
sit in euū. Amen. Fm Joan. III.
In illo tempore: Erat ho
mo ex phariseis nicode-
mus nomine princeps iudeo-
rum. Hic venit ad iesum nocte
& dixit ei. Rabbi: scimus quia a
deo veniſti magister. Nemo. n.
potest hec signa facere que tu
facis: nisi fuerit deus cū eo. Re
spondit iesus & dixit ei. Amen
amē dico tibi: nisi qs renat9 fue
rit denuo: nō pōt videre regnū
dei. Dicit ad eum nicodemus.
Quō potest hō renasci cū sit se-
nex? Nūquid pt in ventrē mr̄is
sue iterato itroire & renasci. Re
spōdit iesus. Amē amen dico ti
bi: nisi qs renat9 fuerit ex aqua
& spū sancto: non pōt introire in
regnū dei. Quō natuz ē ex carne
caro est: & qō natuz ē ex spiritu:
spūs est. Nō mireris: q̄ dixi tibi
oz vos nasci denuo. Spūs vbi
vult spirat: & vocē eius audis:
sz nō scis vnde veniat aut quo
vadat. Sic est ois q natus ē ex
spiritu. Respondit nicodemus
& dixit ei. Quomō possunt hec
fieri? Respondit iesus & dixit
ei. Tu es magister in israel: et
hec ignoras. Amē amē dico ti
bi: q̄ qō scimus loquimur: & qō
vidimus testamur: & testimoni
um nostrū non accipitis. Si ter
rena dixi vobis & non creditis
quomō si dixero vobis celestia
credetis. Et nemo ascendit i ce
lum: nisi qui descendit de celo: fi
lius hominis qui est in celo. Et
sicut moyses exaltauit serpen-
tez i deserto: ita exaltari oz filiū
hois: vt ois q̄ credit in ipso nō

p̃ereat: sed habeat vitam eternam. Q̃redo. dicitur. Offert. P̃rotege dñe plebem tuam per signū sancte crucis ab oībus insidijs inimicoꝝ oīuꝫ vt tibi gratā exhibeamus seruitutem ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum alia. Secr.

HEc oblatio dñe ab oībus nos purget offensis: que i ara crucis immolata etiam totius mundi tulit offensā. P̃er.

¶ De sanctis. Secreta.

SUp bas qñs dñe hostias bñdictio copiosa descēdat: que ⁊ sanctificationē nobis clemēter operet: ⁊ de martyꝝ nos solēnitate letificet. P̃er. Prefatio. Qui salutem. Communio

NOs aūt gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi alia. Cōplē.

REfecti cibo potuq̃ celesti qñs op̃s deus: vt ab hostiuꝫ defendas formidine quos redemisti p̃cioso sanguine filij tui dñi nostri iesu chr̃i. Qui te. ¶ De sanctis. Complēda.

REfecti participatione: celesti muneris sacri quesu/mus dñe deus nr̃: vt cuius exequmur cultū: sentiamus effectū. P̃er dñꝫ. Eodem die missa sanctoꝝ Alexādri Euentij Theodoli atq̃ Juuenalis. Introit.

Clamauerūt iusti. folio. 253. Lcō. Sancti per fidem. folio. 255. Alia. P̃reciosa in ꝓspectu. f. 256. Alia. Surrexit pastor. f. 105. post ascēsionē Alia. Ascēdit deus in iubilatione. foli. 112. Euāgelium. Ego sum vitis. fo. 250. Offert. Repleti sumus. fo. 259. Commu. Justorum anime. f. 250. Alia vt supra. ¶ In festo scti floriani m. Int. P̃rotexisti me. f. 207. Oro

DEus q̃ nos annua beati floriani martyris tui glorioſe passiōis solēnitate letificas solita pietatis largitate ꝓcede benignus: vt cuius famosuꝫ victorie triūphū pio amore veneramur in terris: societatis eius letitiā adipi sci te largiente mereamur in celis. P̃er. Lectio. Justum deduxit dō. folio. 261. Alia. Beatus vir. fo. 261. secundum de resurrectiōe. Alia. Surrexit pastor. f. 105. post ascēsionē Ascēdit deus in iubilatione. fol. 112. vel aliud. Ascēdo ad patrē. f. 112. Euāg. Ego sum vitis ve. f. 250 Off. Cōfitebūtur celi. fo 263. Sec.

HAnc in ꝓspectu gl̃iose magnitudis tue hostiā qñs dñe pater op̃s bti floriani martyris tui digna cōmēdet oīo: q̃ scē bonitatis tue deuictus amore ꝓpriam sui corpis hostiaꝫ in odorē suauitatis tibi obtulit viuam. P̃er dñm. Cummunio. Letabitur iustus. fo. 263. Cōplē.

SAncta nos q̃ns dñe sacrāmēti celestis ꝑticipatio ⁊ ab hostis callidi tueat incursu: ⁊ scō itercedēte floriano aīa

rum nobis remedia ꝯferat sem piterna. Per dñz. ¶ In festo io annis añ portam latina. Intr. Protexisti me. fo 207. Oratio.

DEus q cōspicis: qꝛ nos vndiq; mala nr̄a ꝑtu rbant: presta q̄s vt beati ioānis apl̄i tui ⁊ euangeliste itercessio gl̄iosa nos protegat. Per. Lectio. Qui timet deum. foli. 15. All̄a. Beatus vir qui ti. folio. 262 scd̄m de resurrectōe. All̄a. Surrexit pastor bonus. foli. 105. post ascēsionē. Alla. Ascēdit deus in iubilatione. fo. 112. vel. All̄a. Ascēdo ad patrē. Sequentia.

DErbū dei deo natū qd̄ nec factū nec creatū venit ad celestibus. Hoc vidit hoc attrectauit hoc de celo reserauit ioānes hoibus. Inter illos p̄mitiuos veros veri fontis riuos ioānes exilijt. Toti mundo ꝓpinare nectar illud salutare quod de throno ꝓdijt. Celū transit veri rotam solis ibi vidit totā mentis figēs aciez. Speculator spiritalis quasi seraphin sub alis dei videt faciem. Audit in gyro sedis qd psallāt cuz cytharedis q̄ter seni proceres. De sigillo trinitatis nr̄e nummo ciuitatis ipressit caracteres. Iste custos virginis arcanū originis diuinū mysteriū scribens euāgelium mūdo designauit. Celi cui sacrariū christꝰ suum liliuz filio tonitrui sub amoris mutui celo cōmendauit. Haurit virus hic letale vbi corpus v̄ginale virtus seruat fidei. Pena stupet quod in pena sit ioānes sine pena bulliētis olei. Hic naturis iperat vt ⁊ saxa trāsferat in decus gēmaꝝ. Quo iubente riguit auꝝ fuluum induit virgula syluaꝝ. Obstruit q̄ hebeon ⁊ cherithus ⁊ marcion ꝑfide latrauit. Volat auis sine meta qd̄ nec vates nec ꝓpheta euolauit altius. Tam iplenda q̄ impleta nunq̄ vidit tot secreta purus hō purius. Sponsus rubra veste tectus visus sz non intellectus redit ad pallatiū. Aglā ezechiel sponse misitq; de celis referre mysterium. Dic dilecte de dilecto qualis hic sit ex dilecto spōsus sponse nūcia. Dic qs cibus angeloruz q̄ sunt festa supnoꝝ de sponsi p̄ntia. Veri panis itellectus cenā christi supra pectus sumptā nobis resera. Vt cantemus de p̄rono corā agno corā throno laudes sup ethera. euāgeli. Dixit iesus petro seq̄ me. fo. 15. Of. Cōfitebūt ce. 263. Sec.

MUneribus nr̄is q̄s domine p̄cibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos mūda mysterijs: ⁊ clementer exaudi. Per. Prefatio de aplis vel de pascha. Cō. Letabit̄ iustus. fo. 263. Cōplen.

REfecti dñe pane celesti intercedēte btō ioanne apostolo tuo ⁊ euangelista qm̄s: vt ad vitā nutriamur eternā. per. ¶ In festo apparitiōis sancti michaelis archāgeli sit totū officium sicut in festiuitate eiꝰ: ex-

cepto q̃ Gra. premittit̃ ⁊ duo Alla. dicunt̃ primũ de festo: secundũ de resurrectiõe. Et hoc si ꝯtigerit celebrari post festum ascẽsionis tunc pro scdo dicat̃. Alla. Ascẽdit deus in iubilatione. fo. 112. vel Alla. Ascẽdo ad patrẽ. fol. 112. ¶ In festo sanctorum gordiani ⁊ epimachi mar. Int.

Q Scti tui dñe. fo. 208. Oro. Uesumus op̃s deus: vt q btõꝝ martyꝝ tuoꝝ gordiani ⁊ epimachi solẽnia colim⁹: eorũ apud te itercessiõib⁹ adiuuemur. Per dominum. Lectio. Rememoramini pristi. fol. 255. Alla. Gaudete iusti. fol. 257. scdz de resurrectiõe. Alla. Surrexit pastor. fol. 105. Si ãt hoc festuz contingat celebrari post ascẽsionem domini tunc ꝓ scdo Alla. dicat̃ de ascẽsi. vt supra signatũ est. Euãge. Ego suz vitis vera. f. 250. Si v̄o dictũ festũ post festũ trinitatis celebrari ꝯtigerit fiat vt ifra. Finita epl̃a loco all̃. legat̃. Gr̃. Justoꝝ anime. fo. 256. Alla. Gaudete iusti. fo. 257. Euã. de cõi plurimoꝝ mar. Offerto. Mirabilis deus. fo. 259. Secre.

H Ostias tibi dñe btõꝝ martyꝝ tuoꝝ gordiani ⁊ epimachi dicatas meritis benign⁹ assume: ⁊ ad ꝑpetuum nobis tribue ꝓuenire subsidiũ. ꝑ. Com.

Q Gaudete iusti f. 260. cõp. Uesum⁹ op̃s deus: vt q celestia alimẽta ꝑcepim⁹: intercedẽtibus sctis martyrib⁹ tuis gordiano ⁊ epimacho ꝑ hec cõtra oia aduersa muniamur. ꝑ. ¶ In festo scĩ nerei achillei. itr.

S Ecce oculi dñi. fo. 253. oro. Semꝑ nos dñe martyrum tuoꝝ nerei ⁊ achillei foueat q̃s btã solẽnitas ⁊ tuo dignos reddat obsequo. Per. Lectio Justi autem in perpetuum. foli. 254. Alla. Preciosa in ꝯspe. f. 256. aliud de resurrectõe. Surrexit past. fo. 105. Si post ascẽsionem venerit dicatur pro secundo Alla de ascẽsio. vt s̃ Ego sum vitis. fo. 250. Si v̄o ꝑdictũ festũ cõtigerit celebrari post festũ trinitatis loco ꝑmi Alla. dicat̃ Gra. Clamauerũt iusti. f. 256. All̃. Preciosa in ꝯs. fo. 256. euã. d̃ mar. Of.

S Cõfitebũtur ce. f. 263. Sec. Cõꝝ tuoꝝ nerei ⁊ achillei tibi grata ꝯfessio: ⁊ munera nr̃a cõmẽdet: ⁊ tuã nob̃ idulgẽtiã semꝑ obtineat. Per. Com.

Q Justoꝝ anime. f. 250. cõp. Uesum⁹ dñe vt btõrum martyꝝ tuoꝝ nerei ⁊ achillei d̃ dcatiõib⁹ sacr̃a scã que sumpsim⁹ ad tue nob̃ ꝓficiãt placatõis augmẽtũ. ꝑ. Eodẽ die fit de scõ

P pãgratio vt d̃ vno m̃. oro Resta q̃s op̃s de⁹ vt q btĩ pãcratiij martyris tui natalitia colim⁹ a cũctij mal̃ iminẽtib⁹ ei⁹ itercessiõib⁹ libemur. ꝑ. Secr.

Munera qm̄s dn̄e tibi dicata sanctifica: ⁊ intercedente btō pancratio martyre tuo per eadē nos placatus intende. Per dominū. Complē.

Beati pancratij martyris tui dn̄e intercessione placatus: presta qm̄s vt que tpali celebram⁹ actione ꝑpetua saluatione capiamus. ꝑ. ¶ Potētiane vir. fiat vt de virg. per totū. De sancta helena fiat vt in cōmuni de viduis ꝑ totum. Oro

Deus q̄ oēs sanctos ⁊ electos tuos ꝓ suis meritis honorare disponis: presta qm̄s vt scē helene regine cuius religionē ⁊ studiū in scē crucis manifestatione veneramur apud tuā misericordiā meritis ⁊ p̄cibus adiuuemur. Per d. Sec.

Munera ppl̄i tui dn̄e placabilis dextera suscipiat: ⁊ sancte helene regie suffragantibus meritis: deuotiōi nostre ꝓficiāt ⁊ saluti. Per. Cōpl

Resecti corpis sacri preciosiq̄ sanguinis libamīe quesumus op̄s deus: vt intercessionibus sancte helene regine cuius festiue gratulamur officio: cūctis maloꝝ nr̄orum sordib⁹ exuamur. Per. De sancto vrbano n̄ ꝯtingat celebrari ante trinitatis. Introitus. Protexisti me. fo. 207. Oratio.

Da qm̄s op̄s deus: vt qui sancti vrbani martyris tui atq̄ pōtificis solēnia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. ꝑ. Lectio. Plures fci. fo. 264. All'a. Jurauit dn̄s. fo. 265 scōm All'a. de resurrectiōe aut ascēsione vel Grad. Si post pēthe. cōtigerit celebrari. Euāg. Ego sum vitis. fo. 250. vel Hō quidam peregre. fo. 266. Offer. Veritas mea. fo. 267. Secreta.

Hec hostia qm̄s dn̄e clemēter expurget nr̄a delicta ⁊ ad sacrificium celebrandū subditorum tibi corpora mentesq̄ sanctificet. Per. Communio. Fidelis seruus. fo. 267. Cōplēda.

Refecti ꝑticipatione muneris sacri qm̄s dn̄e de⁹ noster: vt cuius exeqmur cultum sentiamus effectū. Per. Si aūt hoc festū euenerit post penthe. tūc dicatur hoc offm̄. Sacerdotes tui dn̄e. fo. 263. ꝑ totuz vt de scō siluestro papa. In festo scōrum marty. cancij cāciani ⁊ cācianille si venerit infra pascha ⁊ pentheco. Introitus. Clamauerūt. fo. 253. Oratio.

Omp̄s deus: qui quanto nos īfirmiores eē preuidisti: tāto scōꝝ tuoꝝ cancij canciani et cācianille copiosiori munisti suffragio: da vt sub his defensoribus ꝯstituti: nec addamur vitiis nec deficiamus aduersis. per. Lectio. Stabunt iusti. fol. 208.

All'a.

Alla. Preciosa in ꝯspect. fo.256. scōm de resurre. Alla. Surrexit pastor. fol.105. vel de ascēsiōe. Alla. Ascendit deus in iu. fol.112. Euang. Ego sū vitꝫ v̄a ⁊ pr̄. fo. 250. Euang. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites. fo.250. Off. Repleti sumus. fo.259. Secreta.

SUscipe hāc oblationē in hac hora mitissime deus quaꝫ tibi sup̄ sanctā tuam mensam appositaꝫ offerre presumimus: p̄ quam ēt nobis oībus in tua misericordia ꝯfidentibus ⁊ persequentibus hostis insidias supar̄: ⁊ eternis gaudijs ineuitabil̄r tribuas inherere. Per. Cō. Justoꝝ aīe. fo.250. Cōplenda.

TRibue nobis q̄s op̄s ⁊ misericors deꝰ scōꝝ martyrū tuoꝝ cācij ⁊ cāciani ⁊ cācianille intercessionibus ⁊ meritis vbiq̄ muniri: ⁊ tā eoꝝ q̄ꝫ omnium scōꝝ incessabiliter boni operis exempla imitari. p̄. Si vero predictū festum fuerit post penthe. cantetur offm̄ infrascriptū. Justi epulent̄. fo.254. Oīo vt supra Epl̄a de cōi plurimoꝝ m̄. Gra. Justoꝝ aīe. fo.256. Alla. Letamini. fo.256. Euā. de cōi plurimorum mar. Off. Gloriabunt̄ in te. fo.254. Communio. Et si corā. f.260. ¶ Marcellini ⁊ petri m̄. Clamauerūt iu. fo.253. Oratio.

DEus q̄ nos annua btōrū mar. tuoꝝ marcellini et petri solēnitate letificas: p̄sta q̄s: vt quoꝝ gaudemus meritis p̄uocemur exēplis. Per. Lectio. Rn̄dit vnus de senioribꝰ. f.256 Gr. Clamauerūt iusti. f.256. Alla. Sancti tui. Si hoc festū euenerit infra pascha fit vt supra. Euāg. Cum persequentur. f.258. Off. Letamini in dn̄o. fo.259. Secre.

HEc hostias q̄s dn̄e quā scōrum tuoꝝ natalitia recensentes offerimꝰ: ⁊ vincula nr̄e prauitatis absoluat ⁊ tue nobis misericordie dona ꝯciliet. p̄. Cō. Justoꝝ aīe. fo.250. Cōplenda.

SAcro munere satiasti supplices te dn̄e dep̄camur: vt qd̄ debite seruitutis celebramus offō saluatiōis tue sentiamus augmento. p̄. ¶ In festo erasmi ep̄i ⁊ martyris. Introi. Letabit̄ iustus. fol.260. Oratio.

DEus q̄ btm̄ erasmū martyrē tuuꝫ atq̄ pontificē a tormētis ereptū angelico pane satiasti: tribue nobis qm̄s vt eius meritis ⁊ p̄cibus ab hostibus aīe ⁊ corp̄is triūphare valeamꝰ: ⁊ eterna dulcedine perfrui mereamur. Per. Epl̄a de cōi mar. Gra. Dn̄e preuenisti. fo. 261. Alla. ℣ O lucerna martyꝝ scē erasme q̄ de celo vocatꝰ gaudens reddidisti sp̄m̄ pro nobis roga ipsuꝫ dn̄ꝫ. Seq̄ntia legat̄ ad placitū.

LAudes chr̄o soluat letas oīs sexus necnō etas laus sit oris

hostiaz. Duz erasmus pr̃ bon⁹ pi-
us paupeꝝ patronus transit ad cele
stia. Hic presul antiochenus gr̃a
diuina plen⁹ pietatis speculum. Pa
stor gregis chr̃i sidus doctor legis ve
lut sidus illustrauit scl̃m. Prudẽs
castus ⁊ pudicus dei seruus ⁊ ami-
cus gratus erat morib⁹. In deser/
tũ turbas fugit ibi mel de petra su/
git caput ornãs floribus. Inter ce
li volat aues cantus modulans sua
ues spũ dulcedine. Inter lilia seu
rosas paradisi speciosas florens soli
tudine. Coruo pascit̃ helias sctũs
puer hieremias ad docendũ mittit̃.
Hic pascitur ⁊ euocatur preco re/
gis vt loquatur verbũ quod cõmitti
tur. Euocatus vir appet forti pu/
gna multis claret signis ⁊ virtutib⁹.
Tortorqz diocletian⁹ succedit ma
ximianus seuis cruciatibus. Quo
rũ rabies cassatur dũ nec sentit nec
mutatur bis ereptus vinculis. Mul
ti credunt baptizant̃ multi passi co/
ronantur visis tot miraculis. Tan
dem de celo vocat⁹ gloriose corona-
tus celo reddit spiritũ. Inde sup-
plices precamur vt saluari merea-
mur per erasmi meritũ. Euange-
lium. Siquis vult. fo. 262. Off.
Posuisti dñe. fo. 263. Secreta.

Accepta sit in ꝯspectu tuo
q̃s dñe nostre humilitatis
oblatio: ⁊ sancti erasmi marty
ris tui atqz pontificis interces-
sione fiat salutaris: pro cuius so
lennitate defertur. Per. Com.
Magna est. fo. 263. Cõplenda.

Supplices te rogamus oĩ
potens deus vt intercedẽ
te beato erasmo martyre tuo
atqz pontifice in cuius solenni
tate hec celestia sumpsimus sa
cramẽta: tua nobis dona mul-
tiplices semper: ⁊ vitã nostram
ab omni aduersitate custodi//
as. Per dñm. ¶ In festo san-
cti quirini martyris. Intro. Le
Qtabit̃ iustus. fo. 260. Oro.
Oncede q̃s op̃s de⁹: vt
beati qrini martyris tui atqz põ
tificis frequẽtata solennitas ad
ꝑpetuam ppl̃o tuo ꝓficiat salu/
tem: ⁊ quẽ sepius veneramur ĩ
terris semper mereamur habe
re patronum in celis. Per. Gr.
Posuisti dñe. folio. 261. Alla.
Btũs vir. fo. 261. Offertorium.
Gl̃ia ⁊ honore. fo. 250. Secre.

Hostias dñe tuis altarib⁹
adhibemus q̃s eius pr̃o/
cinio tibi credimus cõmendan-
das: cuius nos voluisti votis
ad tue pietatis peruenire notiti
am. Per dominum. Cõmu.
Qui vult. fo. 263. Cõplenda.

Beati qrini martyris tui
atqz pontificis dñe preci
bus ꝯfidentes q̃s immensaz cle
mentiã tuaz vt ꝑ ea que sumpsi
mus: eterna remedia capiam⁹.
Per. Notandũ ꝙ si festum sc̃i
quirini ꝯtingeret celebranduz
infra ascen. dñi ⁊ pent. ad missã

oīa dñr sicut de vno martyre i fra pascha ⁊ penteco. vt supra. In festo sctōꝝ primi ⁊ feliciani m̄. Int. Sapiam scōꝝ. fo. 253. dr̄o

FAc nos q̄s dñe scōꝝ martyꝝ tuoꝝ primi ⁊ feliciani semp festa sectari: quoꝝ suffragijs ꝓtectiōis tue dona sentiamus. Per. Lcō. Bñdictus deus ⁊ pr̄. folio. 255. Graduale. Justoꝝ aīe. fo. 256. Si aūt hoc festum ꝯtigerit celebrari infra festum ascen. ⁊ pent. fiat vt supra Euā. Uidete ne q̄s vos. f. 259. Of. Mirabilis deus. f. 259. Sec.

SAcrificiū dñe ꝓ scis martyrib⁹ tuis p̄mo ⁊ feliciano ꝓponit nr̄a deuotio ⁊ eoruz merita nobis augeatur te donante suffragium. Per. Com. Ego vos elegi. fo. 259. Cōplēd.

SUmpti sacr̄i dñe ꝑpetua nos tuitio nō derelinq̄t: ⁊ itercedētibus scis tuis primo ⁊ feliciano noxia semper a nobis cuncta depellat. Per. ¶ In festo sci barnabe apostoli. Intro.

COs iusti. fo. 263. Oratio. Oncede q̄s op̄s deus bt̄i apl̄i tui barnabe solēnitatē honore ꝯgruo celebrare: ⁊ digna suscipere deuotione. Per dñz nostrū. Lectio actuū apl̄oꝝ. XI

IN diebus illis. Cū introissent discipuli antiochiā: loquebant̄: ⁊ ad grecos ānunciantes dñm iesum. Peruenit aūt sermo ad aures eccl̄ie que erat hierosolymis: ⁊ miserūt barnabam vsq̄z ad anthiochiā. Qui cū peruenisset ⁊ vidisset gr̄am dei gauisus ē: ⁊ hortabat̄ oēs in ꝓposito cordis ꝑmanere in domino: q̄r erat vir bonus ⁊ plenus spūsancto ⁊ fide. Et apposita est turba multa dño. Profectus est aūt tharsum vt quereret saulū. Quez cū inuenisset ꝑduxit antiochiā ⁊ annū totum ꝯuersati sunt ibi in eccl̄ia: ⁊ docuerūt turbam multā: ita vt cognominarent̄ primum antiochie discipuli chr̄iani. Gradua. Btūs vir q̄ ti. fo. 265. All̄a. Jam nō estis hospites. fo. 252. Euang. Hoc ē p̄ceptū. f. 252. Credo. dr̄. Of. Gl̄ia ⁊ hono. f. 250. Sec.

PResentia munera q̄s dñe ita serena pietate ītuere: vt sci spūs ꝑfundant̄ bñdictiōe ⁊ in cordib⁹ nr̄is eā dilectionez validā infundāt: ꝑ quā scūs barnabas apl̄s oīa mūdi oblectamēta deuicit. Per dñm eiusd. Prefatio de apostolis. Com. Magna ē gl̄ia. fo. 250. Cōplēd.

BEati barnabe apl̄i tui q̄s nos dñe festa tueant̄: ⁊ ei⁹ tue maiestati cōmēdet or̄o venerāda. ꝑ. Qñ hoc festū venerit ifra pascha ⁊ pēt. fiat vt s̄ d̄ vno m̄. Excepta or̄one ⁊ epl̄a. ¶ In festo ātonij ꝯfe. ordi. mi. Intro. Os iusti meditabit̄. fo. 263. Or̄o.

Eccleſiã tuam deus bti antonij ꝓfeſſoris tui ſolennitas votiua letificet: vt ſpiritalibus ſemp nutriatur auxilijs: r gaudijs ꝑfrui mereat eẽnis. p. Gra. Dñe preueniſti. fo. 261. Alleluia. V. Air antoni ſapiẽs franciſci pẽis gloria mũdi pompã deſpiciens pro pauptate chriſti fac nos vitare noxia r tẽdere ſupnis quo tu iã pueniſti. Seqntia de cõi ꝓf. Off. Veritas mea. fo. 267. Secreta.

Preſens oblatio fiat qñs dñe ppl'o tuo ſalutaris ꝑ quõ dignat⁹ es patri tuo te boſtiaz imolare viuẽtẽ. Qui cũ p. Cõ. Dñe gnqz fo. 267. Cõplẽ.

Quinis dñe muneribꝰ ſanciati: qs: vt bti ãtonij cõfeſſoris tui meritis glioſis ſalutaris victime deſideratũ ſentiamus effectum. Per. C In feſto ſancti protbi marty. Intro. In virtute tua. fo. 260. Oratio.

Da nobis qñs dñe beati martyris tui ꝓthi paſſione gloriari: vt eius patrocinijs confidamus: r fidem congrua deuotione ſectemur. p. Gred. Glia r honore. fo 261. Alla. Letabit iuſtus. Seqẽtia de cõmuni vnius martyris. Offertoriũ. In virtute tua. fo. 263. Secreta.

Preſta qs dñe: vt bti martyris tui ꝓthi ſuffragijs in nobis tua munera tuearis ꝑ cuius veneranda ꝓfeſſione boſtias tibi laudis offerim⁹. p. Cõ. Poſuiſti dñe. fol. 263. Complẽ.

Preſta qs dñe vt ſacri tui participatiõe vegetati ſci quoqz martyris tui ꝓthi precibus adiuuemur. p. C Aiti modeſti r creſcentie marty. Intro. Clamauerũt. fo. 253. Sio Artyz tuoz viti r modeſti r creſcẽtie nos tibi qs dñe interceſſio glioſa cõmendet: vt qõ nris actibus nõ meremur eoz precibus ꝓſequamur. p. Lectio. Lingua ſapientium. f. 256 Gra. Gliosus deus. fo. 256. Alla Voz exultationis. fo. 272. Sequentia de mar. Euã. Cũ audieritis. fo. 257. Offertorium. Mirabilis deꝰ. fo. 259. Secreta.

Hec munera qs omnipotens deus ꝑ tui nois inuocationẽ ſanctifica: r ꝑ ſanctoz martyz tuoz viti modeſti r creſcẽtie interceſſionẽ nos a pctõrũ noſtrorũ maculis emunda: vt tuis digni cõſpectibus ſemper exiſtere mereamur. p. Cõmu. Juſtoz aie. fo. 250. Cõplẽ.

Jt nobis dñe libatio ſacri tui certa ſaluatio: q cum beatorum martyrum tuoz viti modeſti r creſcẽtie meritis implo/ratur. Per. C In feſto ſcõrum virg. r mar. cirie r muſce. Intr. Salus aũt. f. 253. Oratio.

Deus q nos in tantis periculis ꝓſtitutos ꝑ humana ſcis

fragilitate nō posse subsistere: da nobis ꝑ merita scāꝝ virginū ac martyꝝ tuarū cirie ⁊ musce salutem mentis ⁊ corꝑis: vt ea que ꝓ peccatis nr̄is patimur te adiuuante vincam⁹. Per. Epistola de mar. Gra. Gl̄iosus de. fo. 256. All'a. Te martyꝝ candidatus. Sequentia de mar. Euan. de martyribus. Offertorium. Mirabilis deus. fo. 259. Secre.

Concede q̄s op̄s deus: vt huius sacrificij mun⁹ oblatum: fragilitatem nostraꝫ ab omni malo purget semper et muniat. Per dominū. Cōmu. Justoꝝ aīe. fo. 250. Complēda

Munera tua nos de⁹ supplicatione scāꝝ virginū ac martyꝝ tuaꝝ cirie ⁊ musce a delectationibus terrenis expediant: ⁊ celestibus semꝑ instruant alimentis. Per. ¶ Marci ⁊ marcelliani martyrum. Intro. Salus aūt. fo. 253. Oratio.

Presta q̄s op̄s deus: vt q scōꝝ martyꝝ tuoꝝ marci ⁊ marcelliani natalitia colim⁹: a cūctis malis iminentibus eorum ītercessiōibus liberemur. ꝑ. Lcō. Sancti ꝑ fidem. fo. 255. Gra. Aīa nr̄a. fo. 256. All'a. Te martyꝝ candida. fo. 257. Euang. Descēdens iesus de mōte. f. 258 Offer. Aīa nr̄a. fo. 259. Secre.

Munera q̄s dn̄e tibi dicata scīfica: ⁊ intercedētib⁹ sanctis martyribus tuis marco ⁊ marcelliano ꝑ eadē nos placatus intēde. Per dominum. Communio. Amē dico vobis ꝙ vni ex mi. fol. 268. Cōplē.

Salutaris tui dn̄e repleti libamine supplices exoramus vt cuius letamur gustu: renouemur effectu. Per. ¶ In festo geruasij ⁊ ꝓthasij marty. Intr. Loquetur dn̄s. fo. 254. Oratio.

Deus q nos ānua scōrum martyꝝ tuorū geruasij ⁊ ꝓthasij solēnitate letificas: ꝯcede ꝓpitius: vt quorum gaudemus meritis accendamur exēplis. Per. Lcō. Sancti ꝑ fidē. fo. 255. Gra. Gl̄iosus deus. f. 256 All'a. Corpora scōꝝ. fo. 256. Sequentia de mar. Euangelium. Uidete ne quis. fo. 259. Offer. Letamini in dn̄o. fo. 259. Secre.

Oblatis q̄s dn̄e placare muneribus ⁊ ītercedentibus scīs martyribus tuis a cūctis nos defende ꝑicul'. ꝑ. Cō. Posuerūt mor. fo. 259. Cōplen.

Hec nos cōio dn̄e purget a crimine: ⁊ ītercedentib⁹ tuis celestis remedij faciat esse ꝯfortes. Per. ¶ In festo achacij ⁊ sociorum eius. Introitus. Justi epulent'. fo. 254. Oratio.

Deus īfinite misericordie ⁊ maiestatis īmense qui btm̄ achatium cū decez milib⁹ ꝯtubernalibus suis crucis pati

bulum subire fecisti: tribue q̃s: vt eius sacris petitionibus fructũ crucis in nobis cõseq valeamus. Per. Epl'a de martyribus. Gra. Gl'iosus deus in. fo. 256 All'a. Letamini in dño. f. 256. Sequẽ. de cõi plurimoꝝ mar. Of. Mirabilis deus. fo. 259. Secre.

OBlatis q̃s dñe placare muneribus: ⁊ iterceden tib⁹ sanctis tuis achatio cũ socijs suis: a cunctis nos defende periculis. Per. Commu.

AIustoꝝ aĩe. fo. 250. Cõpl. Auxiliatrix sit nobis virt⁹ spũs sancti q̃ sanctum suũ achatium cũ suis sodalibus in crucis patibulo roborauit te chr̃e supplicitter exoram⁹: vt quoꝝ natalitia colim⁹: eodẽ spiritu adiuuante: eterna beatitudine cõsolemur. Per eius. ¶ In vigi. natiui. sci ioãnis bapti. Introi.



NE timeas zacharia exaudita ẽ oratio tua ⁊ elisabeth vxor tua pariet tibi filiuz ⁊ vocabis nomẽ eius ioannes hic erit magnus coram domino ⁊ spiritu scõ replebit̃ adhuc ex vtero mr̃is sue ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. ps. Domine in virtute tua letabitur rex ⁊ sup salutare tuuz exultabit vehemẽter. Oratio.

PResta q̃s op̃s deus: vt familia tua ꝑ viam salutis ĩcedat ⁊ beati ioãnis precursoris hortamẽta sectando ad euz quez predixit secura perueniat. Per. Lectio hieremie prop. I.

IN diebus illis. Factuz est verbũ domini ad me dicens. Priusq̃z te formarem in vtero noui te: ⁊ anteq̃z exires ꝺ vulua sanctificaui te: ⁊ ꝓphetã in gẽtib⁹ dedi te. Et dixi. A. a. a dñe deus ecce nescio loq: quia puer ego sum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere: qꝛ puer ego sũ: qm̃ ad oĩa que mittam te ibis: ⁊ vniuersa que mãdauero tibi loq̃ris. Ne timeas a facie eoꝝ qꝛ ego tecũ sum: vt eruaz te dicit dñs. Et misit manũ suam: ⁊ tetigit os meuz. Et dixit dñs ad me. Ecce dedi v̄ba mea in ore tuo: ecce ꝯstitui te hodie super gentes ⁊ regna: vt euellas ⁊ destruas ⁊ disperdas: ⁊ edifices ⁊ plãtes dicit dñs omp̃s. Grad.

FUit homo missus a deo cui nomẽ ioannes erat hic venit. ℣. Ut testimonium perhiberet de lumine ⁊ pararet domino plebem perfectã. Initium sancti euangelij. Secundum Lucam. I. C.

FUit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam no

mine zacharias de vice abia: ⁊ vxor illi de filiabus aaron ⁊ nomen eius elisabeth. Erant autē ambo iusti ante deum: incedentes in oibus mandatis ⁊ iustificatiōibus dñi sine querela. Et non erat illis filius: eo ꝙ esset elisabeth sterilis: ⁊ ambo processissent in diebus suis. Factū est autem cum sacerdotio fungeret zacharias in ordine vicis sue ante deum ſm consuetudinem sacerdotij sorte exijt vt incensum poneret ingressus in tēplum dñi. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit aūt illi angelus domini: stās a dextris altaris incensi. Et zacharias videns turbatus est: ⁊ timor irruit sup eū. Dixit autem ad illum angelus. Ne timeas zacharia qm̄ exaudita est deprecatio tua: ⁊ vxor tua elisabeth pariet tibi filium: vocabis nomē eius ioānes. Et erit gaudium tibi ⁊ exultatio: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram dño: ⁊ vinum ⁊ syceram non bibet: ⁊ spiritu sancto replebitur: adhuc ex vtero matris sue: et multos filioꝝ israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse precedet ante illum in spiritu ⁊ virtute helie: vt conuertat corda patrum in filios: ⁊ incredulos ad prudētiā iustorū parare domino plebem perfectā.

Off. Gloria ⁊ honore. f. 263. Sec.

QUnera dñe oblata sctifica ⁊ intercedente btō ioanne baptista nos ꝑ hec a peccatorū nr̄orū maculis emūda. Per dominum nr̄m iesuꝝ christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat. Communio. Magna est gloria. fo. 263. cōpl.

BEati ioānis baptiste nos domine preclara comitetur oratio: ⁊ quem venturū esse predixit: poscat nobis fauere placatum. Dominum nostruꝝ iesum christum filium tuum. In die sancto ad priorem missaꝝ. Introitus. Justus vt palma fo. 263. Oratio.

QOncede q̄s ops deus: vt qui bti ioannis baptiste solēnia colimus: ei⁹ apud te intercessionibus adiuuemur. Per. Lcō. Memoria iusti. fo. 236. Require in decollatione ipsius. Gra. Justus vt palma. fol. 261. H Alla. v. Ipse precedet āte illū in spū ⁊ virtute helie parare dño plebē pfectā.

Secundum Lucam. I.C.



IN illo tempore: Respondēs zacharias dixit ad angelum. Unde hoc sciā. Ego eni sum senex: ⁊ vxor mea processit i dieb⁹ suis. Et rndēs āgelus dixit

ei. Ego sum angelus gabriel q asto ante deum: ⁊ missus suꝫ lo qui ad te ⁊ hec tibi euãgelizare. Et ecce eris tacens ⁊ non poteris loqui vsqꝫ in diem quo hec fiant pro eo ꝙ nõ credidisti ver bis meis q̃ implebunt̃ in tẽpore suo. Et erat plebs expectãs zachariam: ⁊ mirabant̃ ꝙ ipse tardaret in tẽplo. Egressus au tem non poterat loqui ad illos. Et cognouerũt ꝙ visionem vi disset in templo. Et ipse erat in nuens eis: ⁊ ꝑmansit mut⁹. Et factũ est vt impleti sunt dies of ficij eius: abijt in domum suaꝫ. Post hos autẽ dies concepit elisabeth vxor eius ⁊ occulta bat se mensibus quinqꝫ dicẽs. Quia sic fecit mihi dñs in die bus quibus respexit auferre ob probrium meũ inter homines.

Credo. nõ dicitur nec ad missam maiorez nisi venerit in do minica. Offertorium. In virtu te tua domine. fo. 263. Secreta.

Munera dñe oblata sanctifica: ⁊ ĩtercedente bea to ioanne baptista: nos per hec a peccatoruꝫ nostrorum macu lis emunda. Per. Cõmunio. Posuisti dñe. fo. 263. Complen.

Presta q̃s omnipotẽs de us: vt qui celestia alimen ta percepim⁹: intercedente bea to ioanne baptista: per hec cõtra oĩa aduersa muniamur. ꝑ.

¶ In die sancto ad publicam Missam. Introitus.



De ve tre ma tris mee vo ca uit me dñs noĩe meo: et posuit os me um vt gladiũ acutuꝫ sub te gumẽto ma nus sue prote xit me posuit me quasi sa gittã ellectaꝫ. ps. Bonũ est ꝯfiteri domino ⁊ psallere noĩ tuo altissime. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui presentem diẽ honorabilẽ nobis in bea ti ioannis baptiste natiuitate fe cisti: da populis tuis spũalium gr̃am gaudiorũ ⁊ oĩum fideliuꝫ mẽtes dirige in viã salutis eter ne. ꝑ. Lcõ esaie ꝓphete. XLIX.

Hec dicit dñs deus. Audi te insule ⁊ attẽdite ppli d̃ longe. Dñs ab vtero vocauit me: de ventre mr̃is mee recor datus est noĩs mei. Et posuit os meũ quasi gladiũ acutum: sub vmbra man⁹ sue ꝓtexit me. Et posuit me quasi sagittã electaꝫ in pharetra sua abscõdit me: et dixit mihi. Seruus meus es tu israel qꝛ in te glĩficabor. Et nũc hec dicit dñs. Formans me ex vtero seruũ sibi. Dedi te in lu

cem gentiũ: vt sis salus mea vsq; ad extremũ terre. Reges videbunt: ⁊ consurgent pricipes: ⁊ adorabunt dñm deum tuuz: ⁊ sanctum israel qui elegit te. Gra. Priusq̃ te formarez in vtero noui te ⁊ anteq̃ exires de ventre scificaui te. ℣. Misit dñs manuz suam ⁊ tetigit os meũ ⁊ dixit mihi: priusq̃ te formarez i vtero noui te ⁊ anteq̃ exires de vẽtre scificaui te. Alleluia. ℣. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis ante faciem dñi parare vias eius. Sequentia.

Sancti baptiste christi preconis. Solennia celebrantes moribus ipsum seq̃mur. Vt ad viam quã predixit asseclas suos pducat. Deuoti te sctissime hominum amice iesu chr̃i flagitamus vt gaudia pcipiam⁹. Apparensq; zacharie gabriel repromisit q tuaz celebrarent obseqis natiuitatez. Vt p hec festa eterna gaudia adipiscamur. Qua sci dei sacris letitijs leti congaudent. Tu q preparas fidelium corda. Ne qd deuium vel lubricũ deus in eis iueniat. Te deposcim⁹ vt crimina nr̃a. Et facinora continua p̃ce studeas absoluere. Placatus vt ipse suos semper inuisere fideles. Et mansionẽ in eis facere dignet̃. Et agni vellere quẽ tuo digito. Mundi mõstraueras tollere crimina nos velit induere. Vt ip̃z mereamur angelis associj. In alba veste seq per portã clarissimam.

Amice christi ioannes. Sm lucã. I



In illo tẽpore: Elisabeth impletuz est tẽpus pariendi ⁊ peperit filium. Et audierũt vicini ⁊ cognati eius: qꝛ magnificauit dominus misericordiã suã cum illa ⁊ ꝯgratulabantur ei. Et factũ est in die octauo venerunt circũcidere puerũ: ⁊ vocabant eum nomine patris sui zachariam. Et respondens mr̃ eius: dixit. Nequaquã: sed vocabit̃ ioannes. Et dixerũt ad illã. Quia nemo est in cognatione tua qui vocet̃ hoc noie. Innuebant aũt patri eius quem vellet vocari eũ. Et postulans pugillarẽ scripsit dicẽs. Joannes est nomẽ eius. Et mirati sũt vniuersi. Apertũ est autẽ illico os eius ⁊ lingua ei⁹: ⁊ loquebatur benedicẽs deum. Et factus ẽ timor sup omnes vicinos eoruz: ⁊ super oia montana iudee: diuulgabãtur oia verba hec. Et posuerũt omnes q audierãt in corde suo dicẽtes. Quis putas puer iste erit? Etenĩ manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto ⁊ pphetauit dicẽs. Bñdictus dñs de⁹ israel: qꝛ visitauit ⁊ fecit redemptionem plebis sue. Offertorium.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus q̄ i libano ē mltiplicabit. Sec.

Tua dñe muneribus altaria cumulamus illius natiuitatē honore debito celebrātes: qui saluatorem mundi ⁊ cecinit affuturum: ⁊ adesse monstrauit. Dominum nostrū. Cōmunio. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enim ante faciem dñi parare vias eius. Cōplē.

Sumat ecclesia tua de⁹ btī ioannis baptiste generatione letitiā: per quem iue regeneratiōis cognouit auctorem. Dñm nr̄ m. Infra octām nati. beati ioannis baptiste fit idem offm̄ quod in die nisi dñicus dies seu duplex vel nouez lectionum occurrat. In festo sanctorū ioānis ⁊ pauli mar. Introit⁹ Multe tribu. fo. 254. Oratio.

Quesumus op̄s deus vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis expiat: q̄ de btōrum ioannis ⁊ pauli glificatione ꝓcedit: quos eadem fides ⁊ passio vere fecit esse germanos. Per. Deinde fit cōmemoratio de octā beati ioānis baptiste. Lcō li. sapiētie eccl̄i. XLIIII

Hi sunt viri misericordie quorū iustitie obliuionez non acceperunt: cuz semine eorum permanent bona: hereditas sancta nepotes eorum: ⁊ in testamentis stetit semen eorū: ⁊ filij eorum propter eos vsq̄ ineternum manent: generatio eorum ⁊ gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: ⁊ nomina eorum viuent in secula. Sapientiam eorum narrabunt omnes populi: ⁊ laudem eorum ꝓnunciat omnis ecclesia scōruz. Gra. Ecce quā bonū. fo. 256. Alleluia. ℣ Hec est vera fraternitas que vicit mūdi crimina christū secuta est inclyta tenens regna celestia. Sequentia de martyrib⁹. Euāgelium. Uidete ne quis vos. folio. 259. Offertorium. Gloria būtur in te oēs. fo. 259. Secreta.

Hostias tibi domine sanctorum tuorum ioannis et pauli dicatas meritis benign⁹ assume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiū. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Cōmunio.

Set si corā. fo. 260. Compl.

Sumpsimus domine sanctorum martyrum tuoruz ioannis ⁊ pauli solennia celebrātes sacramenta celestia: presta quesumus: vt quod temporaliter gerimus: eternis gaudijs consequamur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia. ¶ In vigil. apostolorum petri ⁊ pauli. Introi.



Dicit dom nus petro cũ esses iunior cĩ gebas te et ambulabas vbi volebas cum autez se nueris extendes man⁹ tuas ⁊ alius te cinget ⁊ ducet te quo tu nõ vis: hoc aũt dixit significans qua morte clarificaturus eẽt deum. ps. Celi enarrant gloriam dei ⁊ opera manuuz eius annunciat firmamentum. Oratio.

Presta q̃s op̃s deus: vt nullis nos ꝑmittas ꝑturbatiõibus ꝯcuti quos in apl'ice ꝯfessionis petra solidasti. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum: Qui tecum viuit.

Lectio actuum apostolorũ. III

In dieb⁹ illis. Petrus ⁊ ioannes ascẽdebant in tẽplũ ad horã orationis nonã. Et quidam vir q erat claudus ex vtero mr̃is sue baiulabat̃ quez ponebant quotidie ad portã templi q̃ dr̃ speciosa: vt peteret elemosynam ab itroeũtibus in tẽplum. Is cũ vidisset petrũ ⁊ ioannẽ: incipientes introire in tẽplum: rogabat vt elemosynaz accipet. Intuens aũt in euz: petrus cũ ioanne dixit. Respice ĩ nos. At ille itẽdebat in eos sperans se aliqd accepturũ ab eis. Petrus aũt dixit. Argentuz ⁊ aurũ non est mihi: qd̃ autẽ habeo hoc tibi do. In nomie iesu chr̃i nazareni surge ⁊ ambula. Et apprehensa eius manu dextra alleuauit eum. Et ꝓtinus cõsolidate sunt bases eius ⁊ plãte: ⁊ exiliẽs stetit ⁊ ambulabat. Et intrauit cũ illis in tẽplum: ãbulans ⁊ exiliẽs ⁊ laudãs deuz. Et vidit eum omnis populus ambulantem ⁊ laudantem deuz. Cognoscebant autem illum: quoniam ipse erat q ad elemosynã sedebat ad speciosam portã tẽpli. Et repleti sũt oẽs stupor̃ ⁊ extasi: i eo qd̃ ꝯtigerat illi

Gra. In oẽm terrã. fo. 252. Secundum Joannẽ. C. vlti.

In illo tpe. Dixit iesus petro. Symon Joãnis diligis me plus his? Dicit ei. Etiaz dñe tu scis qr amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ. Simõ Joãnis diligis me? At illi. Etiã dñe: tu scis qr amo te. Dicit ei iterũ. Pasce agnos meos. Dicit ei tr̃tio. Symõ ioãnis amas me? Cõtristat⁹ ẽ petr⁹: qr dixit ei tr̃tio amas me: ⁊ dicit ei. Dñe: tu oĩa nosti: tu scis qr amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amẽ amẽ dico tibi: cũ esses iunior cĩgebas te et ambulabas vbi volebas: cum autem senueris extendes manus tuas: ⁊ ali⁹ te cĩ-

get:⁊ ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit significans qua morte clarificaturus esset deū. Offer. Adibi aūt. fo. 253. Secreta.

QUanus populi tui qñs dñe aplica intercessiōe sanctifica: nosq; a peccatorum nostrorum maculis emunda. p. Prefatio quotidiana. Cō. Symon ioannis diligis me plus his: domine tu omnia nosti: tu scis q; amo te. Complēda.

QUos celesti dñe alimento satiasti: aplicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per. C In die scō. Introi.



NUnc scio vere q; misit dominus angelum suū ⁊ eripuit me ō manu herodis ⁊ de oi expectatiōe plebis iudeorum. ps. Dñe probasti me ⁊ cognouisti me tu cognouisti sessionem meam. Oratio.

DEus q hodiernā diē apostolorū tuorū petri ⁊ pauli martyrio ꝓsecrasti: da ecclesie tue eorū in oibus seq; preceptū per quos religiōis sumpsit exordium. p. Et nota q; hac die ⁊ die sequenti nulla fit cōmemoratio de sancto ioanne baptista. Lectio actuum apl̄orū. XII.

IN diebus illis. Misit herodes rex manus: vt affligeret quosda de eccl̄ia. Occidit aūt iacobū fratrem ioānis gladio. Videns aūt q; placeret iudeis: apposuit ap̄hendere ⁊ petrū. Erant aūt dies azimorū. Quē cum apprehendisset misit i carcerem tradens q; quatuor quaternionibus militum ad custodiendū: volens post pascha p̄ducere eum pp̄lo. Et petrus quidem seruabat in carcere: oratio aūt fiebat sine intermissiōe ab ecclesia ad deū p eo. Cū aūt eū p̄ducturus eēt herodes: in ipa nocte erat petr⁹ dormiens inter duos milites: victus cathenis duab⁹. Et custodes añ ostiū custodiebāt carcerē. Et ecce āgelus dñi astitit: ⁊ lumē refulsit in habitaculo carceris: percussoq; latere petri excitauit eum dicēs. Surge velocit. Et ceciderūt cathene ō manib⁹ ei⁹. Dixit aūt angel⁹ ad eū. Precingere ⁊ calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circūda tibi vestimētū tuū: ⁊ seq̄re me. Et exiēs seq̄bat eū. Et nesciebat: q; verū est qđ fiebat p āgelū estimabat aūt se visū videre. Trāseūtes aūt primā ⁊ scdā custodiā: venerūt ad portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatē q̄ vltro apta ē eis. Et exeūtes p

cesserũt vicũ vnũ ⁊ ꝯtinuo discessit ãgelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nũc scio v̄e: qꝛ misit dñs ãgelũ suũ ⁊ eripuit me de manu herodis: ⁊ de oĩ expectatione plebis iudeoruz. Gra.

Constitues eos pricipes sup omnẽ terrã memores erunt nois tui dñe. ℣. Pro pr̃ibus tuis nati sunt tibi filij ꝓpterea populi ꝯfitebuntur tibi. Alla. ℣. Tu es petrus ⁊ sup hãc petram edificabo ecclesiã meaz ℣. Btũs es symon petre qꝛ caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi sꝫ pater meus qui est in celis. Sequentia.

Petre summe christi pastor ⁊ paule gentium doctor. Ecclesiam vestris doctrinis illuminatam. Per circulum terre precatus adiuuet vester. Nam dñs petre celoꝝ tibi claues dono cedit. Amigerum beniami christus te scit suũ vasqꝫ electum. Mare plancta te petre christus ꝯculcare tue dedit charitati. Umbrã tui corporis ĩfirmis debilibusqꝫ fecit medicinã. Doctilogos philosophos te paule christꝰ dat vincere sua voce. Multiplices victorias tu paule christo per populos acquisisti. Postremo victis oĩbus barbaris ad arcem summi pergitis culminis. Germanos discordes sub iugum christi pacatos iam coacturi. Ibi neronis feritas pricipis apostoloꝝ prelijs plurimis. Victores diuersc te petre ⁊ paule adixerat pene mortis. Te crux associat te vero gladius cruentus mittit christo.

Secunduz Mattheũ. XVI. C



In illo tẽpore: Uenit iesus in ptes cesaree philippi: ⁊ iterrogabat discipulos suos dicẽs. Quem dicunt homines esse filiũ hominis? At illi dixerunt: alij ioannẽ baptistaz: alij heliam: alij vero hieremiam: aut vnũ ex prophetis. Dicit illis iesus. Uos aũt quez me esse dicitis. Rñdens simon petrus dixit. Tu es christus filius dei viui. Rñdens autez iesus dixit ei. Beatus es simõ bariona: qꝛ caro ⁊ sanguis nõ reuelauit tibi: sꝫ pater meus q in celis est. Et ego dico tibi: qꝛ tu es petrꝰ ⁊ sup hanc petraz edificabo ecclesiam meã. Et porte inferi nõ preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorũ. Et qdcũqꝫ ligaueris sup terraz erit ligatum ⁊ in celis. Et qdcũqꝫ solueris sup terram: erit solutũ ⁊ in celis. Credo. dr̃. Off.

Constitues eos. fo. 253. Secrete.

Hostias dñe quas nomini tuo sacrandas offerimus apostolica prosequatur oratio per quã nos expiari tribuas et defendi. Per dñm. Prefatio de aplis dicit per octãm. Com.

Tu es petrus ⁊ super hanc petraz

edificabo eccleſiã meã. Complẽ.

QVos celeſti oñe alimẽto ſatiaſti: apl̃icis interceſſionib⁹ ab oĩ aduerſitate cuſtodi. ℂ In cõme.sci pauli. Intr.



SCio cui credidi ⁊ cert⁹ ſũ: q̃ potẽs eſt depoſitũ meum ſeruare in illũ diem. ℘. Celi enarrãt gl̃iam dei ⁊ opa manuũ eius annunciat firmamẽtũ. Oio

DEus q̃ multitudinẽ gentium bt̃i pauli apl̃i tui p̃dicatiõe docuiſti: da nobis q̃s: vt cuius natalitia colimus: eius apud te p̃tocinia ſentiam⁹. per.



Ad galathas. 1. C.

FRatres: Notũ vobis facio euangelium quod euangelizatum eſt a me: q̃ non eſt ſm̃ homines. Neq̃ enim ego ab homine accepi illud neq̃ didici: ſed per reuelationem ieſu chriſti. Audiſtis enim conuerſationem meam aliquãdo in iudaiſmo quoniam ſup̃a modum perſequebar eccleſiam dei: ⁊ expugnabã illam: ⁊ p̃ficiebaz in iudaiſmo ſup̃a multos coetaneos meos in genere meo: abũdanti⁹ emulator exiſtens paternaruz mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me ſegregauit ỏ vtero matris mee: ⁊ vocauit p̃ gratiam ſuam: vt reuelaret filium ſuum in me vt euãgelizarẽ illum in gentibus: cõtinuo non acquieui carni ⁊ ſanguini. Neq̃ veni bieroſolymam ad anteceſſores meos apoſtolos: ſed abij in arabiam: ⁊ iteruz reuerſus ſum damaſcũ. Deinde poſt annos tres veni bieroſolymã videre petrum ⁊ mãſi apud eũ diebus q̃ndecim. Alium autem apoſtolor̃ vidi neminẽ niſi iacobum fratrem domini. Que autem ſcribo vobis: ecce coram deo: quia non mentior. Graõ.

QUi opatus eſt petro in apoſtolatu operatus eſt ⁊ mihi inter gentes ⁊ cognouerunt gratiã dei que data eſt mihi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: ſed gratia eius ſemper in me manet. Alleluia. Celi enarrant. Sequentia. Clare ſanctorum. fo. 252.

Secundum Matthẽum. XIX



IN illo tpe: Dixit ſimõ petrus ad ieſum. Ecce nos reliquimus oia ⁊ ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Ieſus autez dixit illis. Amẽ dico vobis ꝙ

vos q secuti estis me in regene ratione cuz sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos sup sedes duodeci: iudi/cantes duodecim tribus israel. Et oīs qui reliquerit domū vel fratres aut sorores: aut patrez aut matrē: aut vxorē: aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet ⁊ vitaz eternam possidebit. Offertori. In oēm terrā. fo. 253. Secreta.

Ecclesie tue q̄s domine p̄ces ⁊ hostias apostolica tibi cōmendet oratio: vt quod ꝓ illorum gloria celebramus nobis proficiat ad medelaz. Per. Cōmunio. Amen dico vobis ꝙ vos. fo. 253. Complē.

Perceptis dñe sacr̄is subdito corde rogamus ⁊ petimus vt itercedēte beato paulo apostolo tuo nobis proficiat ad medelam que pro illius gesta sunt passione. Per dñm nostrum.

¶ In octa. sancti ioannis baptiste omnia dicūtur: vt supra in die sancto preter orationem secretā ⁊ complendam. Oro.

Presta quesumus omni/potens deus: vt ecclesia tua que iteratam natiuitatem precursoris filij tui domini nostri iesu christi ⁊ baptiste in octauo videlicet die veneratur ipo pro ea apud tuam misericordiam preueniente a peccatis oībus te miserante liberari mereatur. Per dominū. Secreta

In tuo conspectu domine quesumus talia sint munera nostra: qui interueniente beato ioanne baptista: ⁊ que placere valeant ⁊ nos tibi placere ꝑficiant. Per. Complenda.

Deus qui nos beati ioannis baptiste solennia frequentare concedis presta quesumus vt deuotis eadem mentibus celebremus: vt eius patrocinio promerente plenū capiamus saturitatis augmentū. Per dominum nostrum iesuz christum filium tuum. Notanduz quod in priuata octaua natiuitatis sancti ioānis baptiste fit commemoratio de octaua apostolorum petri ⁊ pauli oratio secreta ⁊ complenda vt supra in die ipsorum. ¶ In vigilia visitationis gloriose virginis Marie. Introitus.



Rorate celi desuper ⁊ nubes pluant iustuz apiat terra ⁊ grrminet saluatorem. ℣. Celi enarrāt gloriā dei et opa manuuz ei⁹ ānūciat firmamētū. Or.

Te sanctificationis arche marie domine deus que te nouem mensibus baiulauit fac nos debita veneratione festa peragere in qua ipse dignatus es clausum pphetaꝫ in vtero elisabeth visitaꝛ. Qui cũ de. Lcõ li. apocal. bri ioã. apli. XII

Signũ magnũ apparuit i celo. Mulier amicta sole ꝛ luna sub pedib⁹ eius: ꝛ in capite eius corona stellaꝝ duodeci. Et in vtero habẽs: ꝛ clamabat parturiens ꝛ cruciatur vt pariat. Et visũ est aliud signũ in celo. Et ecce draco magnus rufus hñs capita septez ꝛ cornua decem: ꝛ in capitibus suis septẽ diademata ꝛ cauda eius trahebat tertiam partẽ stellaruꝫ celi ꝛ misit eas in terrã. Et draco stetit ante mulierez que erat paritura: vt cũ peperisset filiuꝫ ei⁹ deuorꝛaret. Et peperit filiuꝫ masculũ: qui recturus erat oẽs gẽtes in virga ferrea: ꝛ rapt⁹ẽ filꝰ ei⁹ ad deũ ꝛ ad thꝛonũ ei⁹. Sꝛa. Benedicta ꝛ venerabilis. fo. 279. Secundum mattheum.



In illo tempoꝛe. Cuꝫ esset desponsata mater iesu maria ioseph: anteqũ conuenirent inuenta est in vtero habens de spũ sancto. Joseph autem vir eius cum esset iustus ꝛ nolet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autez eo cogitante: ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicẽs: Joseph fili dauid: noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritusancto est: pariet autem filium: ꝛ vocabis nomen eius iesus. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eoꝝ. Offertoꝛium. Recordare virgo mater dum steteritis in conspectu dei: vt loquaris pro nobis bona: ꝛ vt auertat idignationem suam a nobis. Secreta.

Ojsita nos in salutari tuo domine qui marie viscera tua dignatus es p̃sentia visitare ꝛ per glorioſam matris tue que elisabeth visitauit exultationem: nos ad perennem digneris perducere habitationẽ. Qui cum. Prefatio quotidiana. Communio. Beata viscera marie. folio. 278. Complenda.

Satiati ꝛ inebriati celestibus alimentis: fac nos q̃sumus domine eterna fruitione consequi que mysticis sumpsimus sacramentis. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculoꝝ. Amen.





¶ In die visitationis btē Marie. Intr.



Laurēti dauid magni martyr milesq; fortis. Tu impatoris tribunal. Tu man⁹ tortoꝝ cruētas. Sp̄uisti secut⁹ ōsiderabilē atq; māu fortē. Qui sol⁹ potuit r̄gna supare tyrāni crudel̄. Cuiusq; scūs sāguis pdigos facit amor milites ei⁹. Dū mō illū liceat cernē dispēdio vite pñtis. Cesaris tu phasces ꝯtēnis ⁊ iudicis minas ōrides. Carnifex vngulas ⁊ vstor craticula vane consumūt. Dolet ipi⁹ vrbis p̄fect⁹ vict⁹ a pisce assato chr̄i cibo. Laudet dñi ꝯuiua fauo ꝯresurgēdi cū ip̄o saturatus. O laurēti militū dauid iuictissime regis et̄ni. Apd illū s̄uul̄ ipsius dep̄care veniā semp. Martyr miles foris. Scōz Ioā. XII. C.

Nil. tē. Di. ie. di. su. Amen amē dico vobis. Nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit: ip̄m solū manet. Si āt mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat aīaz suā pdet eā. Et q odit aīaz suā i hoc mūdo: i vitā et̄nā custodit eā. Si qs mihi mīstrat: me seq̄t. Et vbi sū ego:

illic ⁊ minister meus erit. Si qs mihi ministrauerit: honorificabit eum pr̄ meus qui ē in celis. Offer. Confessio ⁊ pulchritudo in conspectu eius scitas ⁊ magnificētia in sanctificatione eius. Sec.

Accipe q̄s domine munera dignāter oblata: ⁊ beati laurentiij martyris tui suffragātibus meritis: ad nostre salutis auxilium ꝓuenire ꝯcede. Per. Commu. Qui mihi ministrat me sequatur: ⁊ vbi ego sum: illic ⁊ minister meus erit. Complen.

Sacro munere saciati supplices te dñe deprecamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio: intercedente beato laurentio martyre tuo: saluatiōis tue sentiamus augmētum. Per dñm nr̄m. ¶ Infra octauam sancti laurentij fit idē offm̄ sicut in die. Et notandum q̄ infra predictā octauam beati laurētij singulo die in missa fit memoria de festo: nisi festum duplex occurrat. Et si occurrerit dies dñica infra p̄fataꝫ octauam agatur de dñica cum commemo. festi predicti ¶ In festo sancti tyburtij martyris. Intr. Justus vt palma flo. f. 263. Oro

Beati tyburtij nos domine foueant continuata p̄sidia: q̄ non desinis ꝓpitius intueri: quos talibus auxilijs ꝯcesseris adiuuari. Per. Epistola. Creans te iacob. fo. 198. Reqre in festo sancti vincentij. Gr. Os iusti medi. fo. 265. Alla. Ꝟ. Letabit̄ iustus. fo. 291. Euangel. Si quis venit. fo. 262. Offerto. In virtute tua. fo. 263. Secreta.

Adesto dñe precibus populi tui: adesto muneribꝰ vt que sacris sunt oblata mysterijs: tuoꝝ tibi placeant intercessione scōꝝ. Per dñm nr̄m. Cō. Posuisti dñe. fo. 263. Complē.

Sumpsimus dñe pignꝰ redēptionis eterne: sit nobis quesumus iterueniente btō tyburtio martyre tuo vite presentis auxilium pariter ⁊ future. Per dñm nostrum. ¶ Hypolyti ⁊ sociorum eius. Introitus. Justi epulent̄. fo. 254. Oratio.

Da q̄s omnipotens deꝰ: vt beati Hypoliti martyris tui sociorūq̄ eius venerāda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutez. Per. Lectio. Justi in perpetuū vi. f. 254. Gr. Justoꝝ anime. fo. 256. Alla. Ꝟ. Te martyꝝ cādidatꝰ. fo. 257. Euā. Attendite a fermento. fo. 258. Off. Aia nostra. Secreta.

Respice domine munera populi tui sanctoruꝫ martyrum tuorum hypoliti sociorum eius solennitate votiua: ⁊ tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per. Cōmu. Dico aūt vobis amicis meis.

fo. 259. **Complenda.** Sacramentorum tuorꝝ domine sumpta communio nos saluet: ⁊ in tue veritatis luce cõfirmet. Per dominum nostrũ. ℂ **Felicis ⁊ fortunati martyrum. Introitus.** Justi epulẽtur. fo. 254. **Oratio.** Sancti tui dñe felix ⁊ fortunatus sua nos intercessione letificent: ⁊ pia faciant solennita te gaudere. Per dominũ. **Gr.** Justoꝝ aie. fo. 256. **All'a. ℣.** Hec est vera fraternitas. **Sequentia ó martyribus. Offerto.** Letamini. folio. 259. **Secreta.** Grata tibi sit domine nr̃e seruitutis oblatio: que in honore sanctorũ martyrum tuorũ felicis ⁊ fortunati festiuitate nos letificet: presta qs: vt quorũ solẽnitate gaudem⁹: presidio muniamur. Per dñm nostrũ. **Cõ.** Justoꝝ aie. fo. 250. **Complen.** Celebrantes que pro beatorum martyrum tuorũ felicis ⁊ fortunati beata passione peragimus: ipsorum nobis quesumus fiat intercessione salutaris: in quorũ natalitijs sũt exultanter impleta. Per dñm. ℂ **In vigilia assũptionis beate marie virginis. Introitus.** Salue sctã parẽs. fo. 276. **Oro.** Deus qui virginalem aulam beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da quesumus: vt sua nos defẽsione munitos: iucundos faciat sua interesse festiuitati. Qui cũ do. **Lcõ.** Sapiẽtia laudabit. fo. 269. **Gra.** Bñdicta ⁊ venerabilis. fo. 276. **Scõm Lucaꝝ.** XI.



In illo tempore: Extollens vocem quedaꝝ mulier de turba: dixit ad iesum. Beat⁹ vẽter qui te portauit: ⁊ vbera q̃ suxisti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbum dei: ⁊ custodiunt illud. **Offertoriũ.** Felix nãq. fo. 278. **Ael** Recorda re vgo. fo. 278. **Secreta.** Munera nostra quesum⁹ domine apud tuam clementiã dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de presenti seculo transtuliste: vt apud te pro peccatis nostris fiducialiter intercedat. Per dominum nr̃m iesum christum filium tuũ: Qui tecũ. **Prefatio quotidiana. Cõ.** Btã viscera. fo. 278. **Complẽd.** Concede misericors de⁹ fragilitati nostre presidium: vt qui sancte dei genitricis marie requiem celebramus: intercessionis eius auxilio a nr̃is iniquitatibus resurgam⁹. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. ℂ **In die sancto. Intro.**



Cultuz tuum ꝺ̄ precabuntur omnes diuites plebis: adducētur regi virgines post eā proxime ei⁹: adducent̄ tibi in letitia ⁊ exultatōe. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Oro

Famulorꝫ tuorꝫ q̄s dñe delictis ignosce: vt q tibi placere de actib⁹ nr̄is nō valemus: genitricis filij tui dñi dei nr̄i intercessiōe saluemur. Qui te. vi. Lectio li. sapiētie. Eccle. XXIIII. C

In oībus reqem q̄siui: ⁊ in hereditate dñi morabor. Tunc p̄cepit ⁊ dixit mihi creator oium: ⁊ q creauit me reqeuit in tabernaculo meo: ⁊ dixit mihi. In iacob ibabita: ⁊ in israel hereditare: ⁊ in electis meis mitte radices. Et sic in syon firmata sum: ⁊ in ciuitate scificata sil̄r requieui: ⁊ in hierl̄m potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illi⁹: ⁊ in plenitudine scōꝝ detētio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano ⁊ quasi cipressus in mōte syon. Quasi palma exaltata sū in cades: ⁊ quasi plantatio rose i hierico. Quasi oliua speciosa in cāpis: ⁊ quasi platanus exaltata sum iuxta aquaz in plateis. Sicut cinnamomum ⁊ balsamum aromatizans: odorem dedi. Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. Graduale. Propter veritatem. fo. 270. Alleluia. ℣. Assumpta est maria in celū: gaudet exercit⁹ āgeloꝝ. Seq̄n.

Congaudent angeloꝝ chori gloriose virgini. Que sine virili cōmixtione genuit. Filium q suo mundū cruore medicat. Nam ipsa letat̄ ꝙ celi iam cōspicat̄ principem. In terris cui quondā sugendas virgo māmillas prebuit. Quā celebris angelis maria iesu mr̄ creditur. Qui filij illius debitos se cognoscunt famulos. Qua gloria in celis ista virgo colitur. Que dño celi prebuit hospitiuz sui sanctissimi corpis. Quam splendida polo stella maris rutilat. Que oium lumen astroꝝ ⁊ hominū atqz spirituum genuit. Te celi regina hec plebecula pijs concelebrat mētibus. Te cantu melodo sup ethera vna cuz angelis eleuat. Te libri virgo concinnūt prophetaꝝ: chorus iubilat sacerdotum: apostoli christiqz martyres p̄dicant. Te plebis sexus seqtur vtriusqz vitā diligens virginalē celicolas in castimonia emulans. Eccle

sia ergo cūcta te cordibus teqz carminibus venerans. Tibi suā manifestat deuotionē precatu te supplici iplorans maria. Ut sibi auxiliuz circa christum dominum esse digneris per euum. Scdm Lucam. X.C.



In illo tpe: Intrauit iesus in quoddā castellum: ⁊ mulier quedā martha noīe excepit illū in domum suaz. Et huic erat soror: nomine maria. Que etiam sedens secus pedes dñi: audiebat verbum illius. Martha aūt satagebat circa frequēs ministeriū. Que stetit ⁊ ait Domine: non est tibi cure q̄ soror mea reliqt me solā ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et rñdens dixit illi dñs Martha martha sollicita es: ⁊ turbaris erga plurima. Porro vnū est necessariū. Maria optimaz ptē elegit q̄ non auferet ab ea. Offe. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribꝰ ⁊ bñdictꝰ fructꝰ vētris tui. Sec.

Intercessio q̄sumus domine beate marie semp virginis munera tibi commendet: nosqz in eius veneratōe maiestati tui reddat acceptos. Per. Cō. Dilexisti iustitiā. 271. Cōpl.

Mense celestis participes effecti: imploramus clementiā tuam dñe deus nr̄: vt q festa beate marie dei genitricis colimus: a malis iminentibus eius intercessiōibus liberemur. Per eundem dñm nr̄z. Infra octām assumptionis beate marie: ⁊ in die octaue fit idem officium ad missaz quod in die. Et dicitur secunda oratio de sancto laurentio: tertia ad placitū.

¶ In octaua sci laurentij. Int.



Probasti dñe cor meuz ⁊ visitasti nocte: igne me examinasti ⁊ nō est inuenta in me iniqtas. ps. Exaudi dñe iustitiam meā: itēde ōp̄catōez meaz.

Excita dñe in ecclesia oro tua spiritum cui beatus laurentius leuita seruiuit: vt eodem nos replēte spiritu studeamus amare qd̄ amauit: ⁊ opere exercere qd̄ docuit. Per eūdem. Epl̄a. Qui pce seminat. folio. 231. Gra. Iustus non cōturba. folio. 261. Alleluia. ℣. Gloria ⁊ honore coronasti. Euangelium. Nisi granum frumenti. folio. 232. Offertorium. In virtute tua domine letabitur iustus: ⁊ super salu. folio. 263. Secreta.

Sacrificiuz nr̃m tibi dñe quesumus: ut huius sancti agapiti martyris tui ꝓfessionis: atq; beati laurentij ꝓcatio sancta ꝓficiat: ꝛ cuius bonore solēniter exhibet: meritis eius efficiat acceptū. ꝑ. Com. Qui vult venire. fo. 263. Cōplen.

Supplices te rogamus oi potens de⁹: vt quos donis celestib⁹ satiati: intercedente bt̃o laurentio martyre tuo: ꝑpetua ꝓtectione custodias. ꝑ dn̄m. ℭ Agapiti marty. Introit. Letabit̃ iustus in dn̄o. fo. 260. Oio.

Letetur ecclesia tua deus: beati agapiti martyris tui ꝓfessa suffragijs: atq; eius precibus gl̃iosis ꝛ deuota permaneat: ꝛ secura consistat. ꝑ. Gra. Posuisti dñe. foli. 261. Alla. ℣. Bt̃us vir q timet dn̄m. Offertor. In virtute tua. fo. 263. Secreta.

Suscipe dñe munera que i eius tibi solēnitate deferimus: cuius nos ꝓfidimus patrocinio liberari. ꝑ dn̄z. Com. Magna est gl̃ia. fo. 263. Cōplē.

Satiasti dñe familiam tuam muneribus sacris: et⁹ quesumus semp interuentione nos refoue: cuius solēnia celebramus. ꝑ dominum nr̃m. ℭ Bernardi confessoris. Int. Os iusti medita. fo. 263. Gradu. Bñe preueniſti. fo 261. Alla. ℣. Inuem dauid. fo. 266. Offe. Desiderium aie. foli. 263. Commu. Bt̃us seruus. fol. 267. Oratio et cetera oia de communi vnius simplicis confessoris. ℭ In festo donati ꝛ socioꝝ eius martyrū. Epla. Sapientiā antiquoꝝ. fo. 256. Gra. Justoꝝ aie. f. 256. Alla. ℣. Corpa sanctoꝝ. fo. 256. Off. Letamini in dn̄o. f. 259. Cō. Justoꝝ aie. fo. 250. Cetera de cōmuni plurimoꝝ martyꝝ. ℭ In octaua assumptionis omnia vt supra in die scō. ℭ In festo scōrum hermogenis ꝛ fortunati. Int. Justi epulent̃. fol. 254. Oio

Omnipotens sempiterne deus: propitiare nobis famulis tuis per beatorum martyrum tuorum hermogenis ꝛ fortunati: quorum corpora in aquileyensi ecclesia requiescunt merita gloriosa: vt eoꝝ pia intercessione ab oibus protegamur aduersis: ꝛ celestibus muniamur auxilijs. ꝑ dominum nostrum iesum christum filium tuum: Qui tecum vivit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus: ꝑ omnia. Graduale. Justorum anime. fo. 256. Alleluia ℣. Corpora sanctorū. folio. 256. Offertorium. Letamini in dn̄o. fol. 259. Secreta.

Oblatis qs̃ domine placare muneribus: ꝛ intercedentibus sanctis tuis hermogene ꝛ fortunatoꝛa cunctis nos defende periculis. ꝑ. Cōmunio. Justorum anime. fo. 250. Cōplē.

HEc nos domine communio purget a crimine: et intercedentibus scis martyribus tuis hermogene et fortunato: celestis remedij faciat esse consortes. Per dominū. ¶ In vigilia sancti bartholomei apostoli omnia per totum vt in cōmuni habet. ¶ In die scō. Introi. Mihi aūt nimis. fo. 251. Oro. OMnipotens sempiterne deus: qui huius diei venerandam sanctamq; letitiam in beati bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti: da ecclesie tue quesum⁹ id amare quod credidit: et predicare quod docuit. Per dominum nostrum iesum. Epistola. Scimus quoniam diligentibus. fo. 251. Gr. In omnem terram. fo. 252. Allelu/ia. ℣. Non vos. Sequētia. Clare sanctorum senatus apostolorum. fo. 252. Secūdū Lucā. XXII. C.



IN illo tempore. Facta est cōtentio inter discipulos iesu: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos benefici vocātur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis fiat sicut iunior: et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recūbit. Ego autez in medio vestrū sum: sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis: sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt eatis et bibatis super mensā meam in regno meo: et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus israel. Credo. Offe. In oēm ter. fo. 253. Secre. BEati apostoli tui bartholomei cuius solennia recensemus: quesumus domine: vt auxilio eius tua beneficia capiam⁹: pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per do. Com. Vos qui secuti. fo. 253. Cōplen. BEati apostoli tui bartholomei quesumus domie intercessione nos adiuua: pro cuius solennitate percepimus tua sancta letantes. Per dñm. ¶ Timothei et simphoriani. Introitus ad placitum. Salus autem. fo. 253. Oratio. AUxilium tuum nobis domine placatus intende: et intercedentibus beatis martyribus tuis timotheo et simphoriano dexteram super nos tue propitiationis extende. Per. Grad. Justorum anime. fo. 256. Alleluia ℣. Justi autem. fo. 257. Offerto. Mirabilis. fo. 259. Secreta.

ACcepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio: pro tuorum honore sanctoꝝ: quoruꝫ semeritis ꝑcepisse de tribulatione cognoscit auxilium. p. Cõ. Ego vos elegi. fo. 259. Cõplen.

DIuini muneris largitate satiati q̃s dñe deꝰ noster: vt ĩtercedẽtibꝰ beatis martyribꝰ tuis timotheo ⁊ simphoriano eoꝝ semper participatione viuamus. Per dñm nr̃m.

¶ In translatione sanctorum martyruꝫ hermachore ⁊ fortunati. Int. Justi epulẽtur. 254. oro

DEus q̃ hodierna die gl̃iosa beatoꝝ martyꝝ tuorum hermachore ⁊ fortunati membra nobis famulis tuis reuelare dignatus es: ꝯcede propitius: vt q̃ eoꝝ corpoꝝ translationem venerando colimus: ipsoꝝ beatitudini te concedente adiũgi mereamur. Per dominum. ¶ Deinde fit memoria de sanctis hermete ⁊ pelagio marty. Oratio.

DEus qui beatos martyres tuos hermetem ⁊ pelagiuꝫ virtute constantie in passiõe roborasti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo ꝓspera mundi despicere: ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per dominum nostrum iesuꝫ chr̃ꝫ.

¶ De scõ Daniele. oro

OMnipotens sempiterne deus: qui sedatis leonuꝫ cruentis faucibus famulum tuum danielem illesum ꝯseruare dignatus es: quiq̃ eoꝝ dentibus eos ad deuorandũ tradidisti: q̃ prophetam tuuꝫ falsis assertionibus extinguere nitebantur: da ecclesie tue de tanto gaudere patrono: quem celi participẽ fecisti esse in regno. Per dominum nostrum iesum chr̃m fili. Gra. Gloriosus deus. fo. 256. Alleluia. ℣. Corpora sanctorum. Sequentia. Agone triũphali. f. 257. Off. Exultabunt sancti. 259. Sec.

MUnera humilitatis nostre dñe sanctoꝝ martyrum tuoꝝ hermachore ⁊ fortunati gl̃iosa solennitate atq̃ trãslatione offerentes quesumꝰ ꝓpitius respicere dignare: ⁊ ip̃orum intercessione tam ad profectum vite q̃ꝫ anime salutari nobis cõsueta miseratione prouenire concede. Per dominũ nr̃m iesum chr̃ꝫ. ¶ De sanctis hermete ⁊ pelagio. Secreta.

SAcrificium laudis tibi domine offerimus: in tuorũ commemoratione sanctorum: quesumus: vt quod illis contulit gloriam: nobis prosit ad salutem. Per dominum nostruꝫ iesum christum filium tuum. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spiritussancti deꝰ Per oĩa secula. ¶ De scõ daniele. Secr.

In conspectu diuine maie/statis tue domine hāc placationis hostiā beati danielis intercessio veneranda commēdet: que quidem angelicis tibi manibus oblata tuaq; dextera benedicta ab omni nos reddat pcōrum labe purgatos. Per d. Cō. Et si coram. 260. ¶ De scis hermachora ⁊ fortunato. Cōp.

Sumentes dñe celestis dona mysterij q̄s: vt sanctorum martyr̄ tuor̄ hermachore ⁊ fortunati adiuuemur meritis: quorum solēnitatez debita veneratione celebramus. Per dominum. ¶ De sancto hermete ⁊ pelagio. Complenda.

Repleti dñe benedictione celesti: quesumus clementiā tuam: vt itercedētibus sctis martyribus tuis hermete ⁊ pelagio q̄ humiliter gerim⁹: salubriter sentiamus. Per dñm n. ¶ De sancto daniele. Cōplen.

Sacri corporis ⁊ preciosi sanguinis tui libamen sumentes: q̄s clementiā tuam: vt itercedente btō ꝓpheta tuo daniele: per hospitiū in te nos manere facias recte viuendo: ⁊ te in nobis manifestes semper solatium exhibendo. Qui cū deo patre ⁊ spiritu sancto. ¶ Augustini episcopi. Introitus. In medio ecclesie. fo. 15. Oratio.

Adesto supplicationibus nr̄is op̄s deus: vt q̄bus fiduciā sperande pietatis indulges: itercedēte beato augustino cōfessore tuo atq; pōtifice: ꝯsuete misericordie tribue benign⁹ effectū. Per dominum nostrum iesuz christum filium tuum: Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spiri. Epistola. Testificor. folio. 265 Gra. Ecce sacerdos. fo 265. All. ℣. Jurauit dñs. f. 265. Sequen.

De profundis tenebraꝝ mūdo lumen exit clarum ⁊ scintillat hodie. Olim quidem vas erroris augustinus vas honoris dat⁹ est ecclesie. Verbo dei dum obedit: credit errans ⁊ accedit ad baptismi gratiam. Quam in primis tuebatur verbis scriptis execratur erroris fallaciam. Firmans fidez firmans mores legis sacre peruersores verbi nectit gladio. Obmutescit fortunatus cedunt manes ⁊ donatus tante lucis radio. Mundus marcens ⁊ inanis: ⁊ doctrinis tritus vanis per pestem hereticaz. Multum cepit fructum ferre dum in fines orbis terre fidem sparsit vnicā. Clericalis vite formam conquadrauit iuxta normam cetus apostolici. Qui quippe nil habebant tanq̄ suum sed viuebant in cōmuni clerici. Hic multorum pro salute diu viuens in virtute: tandem bona senectute dormiuit cum patribus. In extremis nil legauit qui nil suum estimauit immo totum reputa-

uit commune cum fratribus. Salue gemma ꝯfessorum lingua christi vox celorum: scriba vite lux doctoꝝ presul beatissime. Qui te patrē venerantur te ductore consequant̄ vitam in qua gloriantur beatoruꝫ aīe. Euan. Uos estis sal ter. f. 266. Regre in cōi. Credo. Offert. Inueni dauid. fo. 267. Secreta.

Sancti augustini ꝯfessoris tui ⁊ ep̄i nobis dn̄e pia nō desit oratio: q̄ ⁊ munera nostra tibi ꝯciliet: ⁊ tuā nobis indulgētiam semper obtineat. Per d. Cō. Btūs seruus. fo. 267. Cōpl.

Ut nobis dn̄e tua sacrificia dent salutē: btūs confessor tuus ⁊ pontifex augustinus q̄s precator accedat. Per.

¶ In decollatione sancti ioannis baptiste. Introit⁹ Justus vt palma florebit. fol. 263. Oratio.

Sancti ioannis baptiste ⁊ martyris tui dn̄e quesumus venerāda festiuitas salutaris auxilij nobis prestet augmētum. Per. Lectio libri sapientie. ecclesia. XLIX. C



Memoria iusti in cōpositione odoris facti op⁹ pigmentarij. In oī ore quasi mel indulcorabitur eius memoria: ⁊ vt musica ī conuiuio vini. Ipse est directus diuinitus in penitentiam gētis: ⁊ tulit abominationes impietatis: ⁊ gubernauit ad dominum cor suum: ⁊ in diebus peccatorum corroborauit pietatē. In diebus suis manauerunt putei aquaruꝫ: ⁊ quasi mare adimpleti sunt supra moduꝫ. Qui curauit gentem suā: ⁊ liberauit eaꝫ a perditiōe. Qui preualuit amplificare ciuitatem: qui adeptus est gloriā in conuersatione gentis: ⁊ ingressum domus ⁊ atrij. Nam male tractauerunt illuꝫ: qui a ventre matris consecrat⁹ est propheta. Euertere ⁊ eruere ⁊ perdere: ⁊ iterum edificare et renouare. Amplificatus est q̄si stella matutina in medio nebule: ⁊ quasi luna plena in diebus suis lucet: ⁊ quasi sol refulgens: sic ille refulsit in tēplo dei. Gra. Justus vt palma. fo. 261. Alleluia. W. Justus germinabit: sicut lilium: ⁊ florebit in eternum ante dominum. Sequentia.

Psallite regi nr̄o psallite psallite psallite prudenter. Nā psalterium est iucundū cum cythara. Nato v̄ginis quo psallens natus sterilis. Cytharaꝫ carnis pcussit in domo domini. Dum qd̄ sonabat clamando: docuit viuendo. Mortificando que super terram sunt mēbra ⁊ hoc alios docendo. Preparans christo plebem perfectam ioannes vox clamantis in deserto. Sed vox hec īpium herodem quem corripit minime corrigit.

me corrigit. Haud tñ tacuit: sz ad/usqz sanguinẽ sceleri restitit. Non lz inqt te fris tui hẽre ꝯiugẽ raptã sibi peccasti qesce penitẽtib⁹ sic p̃cepit dñs. Vocẽ icãtãtis sapienter herodes vt aspis surda spnit ⁊ iustũ sctm̃ ioãnẽ timet quẽ vinxit in carcerem. Sedet i tenebris lucerna lucis amicus dei oipotentis. Studet delitijs mũdi hui⁹ p̃nceps fili⁹ pditõis. Meretrix suadet: puella saltat: rex iubet scm̃ d̃collari. Dat rex saltãti caput ioãnis q scũs añ fit q̃ nat⁹. En q̃mõ perit iust⁹: q̃si nõ sit deo dilect⁹. Dũ sit ei⁹ p̃ciosa mors hec in ꝯspectu dñi. Nos corde pcepim⁹ talis ac tãtus est: qr ꝯuicin⁹ dignitate xp̃o sit ⁊ morte. Naz morte turpissima dãnatur spõsus spõsi ⁊ amicũ damnat morte recte turpissima. Carcere carnis eductũ quez ferũt psallẽdo celis angeli angelũ. Et nos in terris tibi psallere fac chr̃e in memoriã baptiste. Herodis spreta quo mensa altaris tui mẽsa ip̃z te dũ sumim⁹ semp tibi psallam⁹. Sz mar. VI.C.



In illo tpe: Misit herodes rex man⁹ ac tenuit ioãnẽ: ⁊ vinxit eũ i carcerẽ: ꝓpter herodiadem vxorẽ philippi fris sui: qr duxerat eam. Dicebat enim ioãnes herodi. Nõ licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias aũt insidiabat illi: ⁊ volebat eũ occidere nec poterat. Herodes aũt metuebat ioãnẽ: sciens eũ viꝝ iustuz ⁊ scm̃: ⁊ custodiebat eũ. Et audito eo multa faciebat: ⁊ libẽter eũ audiebat. Et cũ dies oportunus accidissz: herodes natali suo cenã fecit principib⁹ ⁊ tribunis ⁊ primis galilee. Cũqz itroisset filia ipsi⁹ herodiadis: ⁊ saltasset ⁊ placuisset herodi simlqz recumbẽtib⁹: rex ait puelle. Pete a me qd vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: qr quic qd petieris dabo tibi: lz dimidiuz regni mei. Que cũ exisset: dixit mr̃i sue. Quid petã? At illa dixit. Caput ioannis baptiste. Cũqz itroisset stati cũ festinatione ad regẽ: petiuit dicẽs. Volo vt ꝓtinus des mihi in disco caput ioãnis baptiste. Et ꝯtristatus ẽ rex: ꝓpter iusiurãduz: ⁊ ꝓpter simul discumbẽtes noluit eã ꝯtristare: sz misso spiculatore p̃cepit afferri caput ioãnis in disco. Et decollauit eũ in carcere. Et attulit caput ei⁹ in disco. Et dedit illd̃ puelle: ⁊ puella dedit mr̃i sue. Quo audito discipuli eius: venerunt ⁊ tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento. Offertorium. Gloria ⁊ honore. fo. 263. Secre.

In tuoꝝ dñe p̃ciosa morte iustoꝝ sacrificiũ illud offerim⁹: de quo martyriũ sumpsit oẽ principium. Per. Cõmu.

Magna est gl̄ia. fo. 263. Cōplē.

Concede q̄s op̄s deus: vt q in sc̄i ioānis baptiste et martyris tui passiōe dona sacr̄i ꝑcepim⁹: eius interuētu auxilium tuū sentiam⁹. ꝑ dn̄z. ¶ In festo iuliani martyris. Introi. Iustus nō ꝯtur. fo. 260. Oratio.

Propitiationē tuam domie supplices dep̄camur vt gl̄iosū martyrē iulianū triūpho nobili hodierna die ad celos euectū hēam⁹ itercessorem: quē ꝑ te veneramur victorem. dn̄m nr̄m iesum christuz. Gra. Iustus nō ꝯtur. fo. 261. all̄. ℣. Iustus germinabit. fo. 263. Sequē. Spe mercedis. f. 262. Euā. Si qs vult venire post me. fo. 262. Of.

Posuisti dn̄e. fo. 263. Sec.

Resta nobis q̄s op̄s de⁹: vt nr̄e humilitatis oblatio: ⁊ ꝑ tuoꝝ tibi grata sit honore sctōrū: ⁊ nos emūdet corpe pariter ⁊ sanctificet. Per dn̄m. Com. Qui vult venire. fo. 263. Cōplē.

Sumptis dn̄e sacr̄is q̄s: vt intercedēte beato iuliano martyre tuo: ad redēptiōis eterne proficiamus augmētū. Per dn̄m. ¶ Felicis ⁊ adaucti martyrum. Introitus. Sapientiam sanctorum. fol. 253. Oro.

Maiestatē tuā dn̄e supplices dep̄camur: vt sicut nos iugiter scōꝝ tuoꝝ felicis ⁊ adaucti cōmemoratiōe letificas: ita semꝑ eoꝝ supplicatōe defēdas. ꝑ. Epl̄a. Ligua sapientiū. f. 256. Gra. Gl̄iosus deus. fo. 256. All̄a. ℣. Sancti tui dn̄e. Euangeliuz. Descendēs iesus de mō. f. 258. Off. Letamini in dn̄o. f. 259. Sec.

Hostias dn̄e tue plebis itēde ⁊ q̄s i honoꝛ scōꝝ tuoꝝ deuota mēte celebrat ꝓficere sibi sentiat ad salutē. Per d. Cō. Qd dico vobis. fo. 260. Compl.

Repleti dn̄e muneribus sacris q̄s: vt itercedētibus scis tuis in gr̄aꝝ tuaꝝ semper actione vincam⁹. Per. ¶ Egidij ꝯfessoris. Introitus. Os iusti medi. fo. 263. Oratio.

Deus q famulū tuū egidiuz misericordē fecisti itercessorē ꝑ pcis oiuz: da nobis iteruentu ipsi⁹ nr̄oꝝ veniā pcōꝝ: ⁊ eterne btitudinis optabilē letitiaz. ꝑ. Epl̄a. Dilect⁹ deo ⁊ hoib⁹. fo. 265. Gr. Dn̄e p̄uenisti. fo. 261. All̄a. ℣. Iste scūs. Seq̄ntia de simplici ꝯf. Euā. Ecce nos reliquimus omnia. fo. 219. Offert.

Posuisti dn̄e. fo. 263. Sec.

Beati egidij famli tui dn̄e tibi grata p̄catio, ⁊ munera nr̄a cōmēdet: ⁊ tuā nobis idulgētiā semꝑ imploret. Per dn̄z. Cō. Fidelis seruus. fol. 267. Cōplen.

Quesum⁹ dn̄e vt bt̄i egidij ꝯfessoris tui dep̄catiōe sacr̄a q̄ sūpsim⁹: ad tue nobis ꝓficiāt placatōis augmētū.

¶ In natiuitate marie virgi. Introitus.



Gaudea/ mus oēs i dño diem festum celebrantes i hoore marie virginis de cuius natiuitate gaudēt angeli z collaudant filium dei. ℣. Eructauit cō me um verbum bonuz dico ego opera mea regi. Oratio.

Famulis tuis dñe celestis gre munus ipartire: vt quibus beate marie virginis: partus extitit salutis exordiū: natiuitatis ei⁹ votiua solēnitas pacis tribuat icremētū. p. Epla. Dñs possedit me. so. 194. Gra. Propter veritatē z māsuetudinē z iustitiā: z deducet te mirabilr ōptera tua. ℣. Audi filia z vide z iclina aurē tuam: qz cō cupiuit rex speciē tuam. Alleluia. ℣. Natiuitas gloriose virginis marie ex semine abrae orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Seq.

Stirpe maria regia pcreata regem genitrans iesum. Laude digna angelorz icō



















rum. Et nos peccatores tibi deuotos intuere benigna. Tu pios patrū mores ostentas in te: sed excellis eosdē. Patris tui salomonis in te lucet sophia. Et ezechie apud deū cor rectū; sed nunq̄ in te corrūpendum. Patris iosie adipleuit te religiositas. Sūmi etiam patriarche te fides totā possedit pīs tui. Sed quid nos istos recensemus heroas. Cū tuus natus oēs precellat illos atq̄ cunctos p orbē. Nos hac die tibi gregatos serua vgo in lucē mundi qua pdisti paritura celoz lumen. **Euangelium** Liber generationis iesu christi. folio. 195. **Offe.** Aue maria gra. folio. 278. **Sec.**

Oblatis dne placare muneribus: z intercedente bto adriano martyre tuo: a cunctis nos defende periculis. Per. **Cō.** Posuisti dne. fo. 263. **Complen.**

Oblatis dne nobis succurrat humanitas: vt q natus de virgine matris integritatē non minuit sz sacrauit: i natiuitatis ei⁹ solēnijs a nostris nos piaculis exuens: oblationē nostram sibi faciat acceptaz iesus chīs dns noster. Qui tecū vi. **Prefatio.** Et i natiui. **Cō.** Diffusa est gra. fo. 171. **Cōplen.**

Oblatis dne nobis succurrat humanitas: vt q natus de virgine matris integritatē non minuit sz sacrauit: i natiuitatis ei⁹ solēnijs a nostris nos piaculis exuens: oblationē nostram sibi faciat acceptaz iesus chīs dns noster. Qui tecū vi. **Prefatio.** Et i natiui. **Cō.** Diffusa est gra. fo. 171. **Cōplen.**

Sumpsimus dne celebritatis annue votiua sacramēta: presta q̄s: vt intercedēte beata dei genitrice maria tpalis vite nobis remedia prebeāt z eterne. Per eūdem. ¶ **Eodez die adriani martyris. Introitus.** Letabit iustus. fol. 260. **Oratio.**

Adesto dne supplicationibus nris: z intercessione

Protbi z iacinthi m.

bti adriani martyris tui ppetuaz nobis misericordiā benign⁹ impende. Per do. **Graduale.** Dne preuenisti. fo. 261. **All. W.** Btūs vir q timet d. **Offertoriuz.** Oblatis dne placare muneribus: z intercedente bto adriano martyre tuo: a cunctis nos defende periculis. Per. **Cō.** Posuisti dne. fo. 263. **Complen.**

Oblatis dne nobis succurrat humanitas: vt q natus de virgine matris integritatē non minuit sz sacrauit: i natiuitatis ei⁹ solēnijs a nostris nos piaculis exuens: oblationē nostram sibi faciat acceptaz iesus chīs dns noster. Qui tecū vi. **Prefatio.** Et i natiui. **Cō.** Diffusa est gra. fo. 171. **Cōpl

ploret oratio. Per dñm. ¶ In festo septem dormientiū. Intr. Judicant sancti. fo. 254. Oratio

Deus q gloriosos resurrectiōis tue p̄cones septez dormiētes maximianum: malchū: martinianū: dionysiū: ioā/nē: serapionē ⁊ ꝯstantinum magnifice decorasti: presta q̄s: vt eoꝝ precibus resurrectionē sanctam q̄ in illis mirabil'r ostensa est ꝯsequamur. Qui viuis. Sec. ⁊ cōpl. de cōi mar ¶ In festo exaltationis scē crucis. Intro.



Nos autez gl'iari oportet in cruce domini nostri iesu chr̄i in quo ē salus vita et resurrectio nostra: per quez saluati ⁊ liberati sum⁹. ℣. Deus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis illu/minet vultum suum super nos ⁊ misereatur nostri. Oratio.

Deus qui nos hodierna die exaltationis scē crucis annua solēnitate letificas p̄sta: vt cuius mysteriuz in terra cognouimus: ei⁹ redemptiōis premia in celo consequi mereamur. p. Epta. Hoc enim sentite fo. 72. Gra. Christus factus est pro nobis obediens vsqz ad mortem: mortem autem crucis. ℣. Propter qd̄ ⁊ deus exaltauit illum: ⁊ dedit illi nomen quod est sup omne nomē. Alleluia. ℣. Dulce lignuz dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celoruz ⁊ hominum. Sequentia.

Laudes crucis extollam⁹ nos qui crucis exultamus speciali gloria. Dulce melos tāgat celos dulce lignū dulci dignū canimus melodia. Voci vita non discordet dum vox vitā non remordet dulcis est simphonia. Serui crucis crucem laudāt: qui per crucē sibi gaudent vite dari munera. Dicant omnes ⁊ dicāt singuli aue salus totius seculi arbor salutifera. O q̄ felix q̄ preclara fuit hec salutis ara rubens agni sanguine. Agni sine macula q mundauit secula ab antiquo crimine. Hec est scala peccatoꝝ per quā christus rex celoruz ad se traxit omnia. Forma cuius hec ostendit que terraꝝ cōprehendit quatuor confinia. Non sunt noua sacramenta nec recenter est inuenta crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit per hanc silex aquas iecit moysi officio. Nulla salus est in domo nisi cruce muniat homo super liminaria. Neqz sensit gladiuz nec amisit filium quisquis egit talia. Ligna legens in sarepta spem salutis est adepta pauper muliercula. Sine linguis fidei nec lechitus olei valet nec farinula. In scripturis

sub figuris ista latent sed iam patēt crucis bñficia. Reges credunt hostes cedunt sola cruce christo duce pauci fugant milia. Roma naues vniuersas in profundo vidit mersas vna cū maxentio. Hrixi traces cesi pse cedis partis dux aduerse victus ab heraclio. Ista suos fortiores semp facit ⁊ victores morbos sanat ⁊ languores reprimit demonia. Dat captiuis libertatē vite confert nouitatē ad antiquaz dignitatē crux reduxit omnia. O crux lignū trium phale mundi vera salus vale iter ligna nullū tale fronde flore germine. Medicina christiana salua se nos egros sana quod non valet vis humana fit in tuo nomie. Hssistentes crucis laudi consecratoz crucis audi atqz seruos tue crucis post hanc vitam vere lucis transfer ad pallatia. Et quos crucem vis subire fac torm̄enta non sentire: sed cum dies erit ire nobis confer ⁊ largire sempiterna gaudia. Scōm Joan. XII. C.



In illo tpe: Dixit ihesus turbis iudeoz. Ego si exaltatus fuero a terra: oia trahā ad meipz. Hoc aūt dicebat significās q̄ morte eēt moriturus. Rñdit ei turba nos audiuim⁹ ex lege: qz chīs manet in eternuz ⁊ quō tu dicis: oz exaltari filiū hominis? Quis est iste filius hois? Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicū lumē in vobis ē. Ambulate dū lucem hētis: vt nō tenebre vos cōprehendāt. Et q ambulat in tenebris: nescit quo vadat: dum lucē habetis: credite in lucē vt filij lucis sitis. vel euang. Erat hō ex phariseis. 210. Are. Of. Protege dne. fo. 211. Secr. Ec oblatio q̄s dne ab oibus nos purget offensis que ara crucis imolata ēt toti⁹ mūdi tulit offensam. Per. Com. Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nr̄i ihesu christi. Compl. Refecti cibo potuq̄ celesti q̄s ops deus vt nos ab hostiū defendas formidine: quos rede misti precioso sanguine filij tui dñi nr̄i ihesu christi. Qui tecum.

Cornelij ⁊ cipiani m̄. Intr. Salue aūt. fo. 253. Oratio. Firmitatē nr̄am q̄s dne ppitius respice ⁊ mala oia que iuste meremur sctōz tuoz cornelij ⁊ cipiani itercessiōe placatus auerte. Per. Epla. Zigua sapien. folio. 266. Graduale. Justoz ae. f. 256. Alr. Exultēt iu. Euangelium. Ae vobis q edificatis. folio. 259. Offertoriuz. Mirabilis. fo. 259. Sec. Lebis tue domine munera benignus itende: que mactestati tue p̄ sanctoz martyruz tuoz cornelij ⁊ cypiani solēnitate sunt dicanda. Per. Cōmu.

Justoꝝ aie. folio. 250. Complē.

Quesumus oīpotens deus salutaribus repleti mysterijs vt quoꝝ solennia celebramus: eoꝝ orationibus adiuuemur. Per. ¶ In octaua btē virginis oīa vt in die. ¶ Lucie Eufemie ⁊ Geminiani martyrum. Introit⁹. Sapiētiā sctōꝝ.

P folio. 253. Oratio.

Presta q̄s domine precibus nr̄is cum exultatione profectum: vt quoꝝ diem passiōis annua deuotiōe recolim⁹: ēt fidei ꝯstātiā subseq̄mur. p. Gra. Justoꝝ aie. fo. 256. Justi aūt. f 257 Gra. Gloriabūt. fo. 259. Secr.

Dota populi tui dn̄e propiciat⁹ intende: ⁊ quoruz nos tribuis solennia celebrare fac gaudere suffragijs. Com.

E Justoꝝ aie. fo. 250. Comp.

Exaudi dn̄e preces nr̄as ⁊ sanctorum tuoꝝ quoꝝ solennia celebram⁹ foueamur auxilijs. p. ¶ Lāperti ꝯfessoris. Oratio

Deus q nobis salutarem hodierna die in bti lamperti martyris tui atq̄ pontificis festiuitate dedisti letitiā presta q̄s: vt ⁊ conuersationis eius experiamur insignia: ⁊ ītercessione eius placita tibi mente iugiter famulemur. Per. Secre.

Sicut ad munera abel domine deus vultu placido resp existi: ita q̄s sacrificia ista tibi sint placabilia vt beati lamperti martyris tui atq̄ pontificis digne peragamus votiua solennia. Per. Compl.

Sicut dedisti dn̄e manna in deserto munere gratuito immeritis ⁊ ingratis ita ⁊ nobis p̄cibus beati lamperti martyris tui atq̄ pontificis tribue cibuz salutis eterne. Per. ¶ In festo scāꝝ v̄ginū ac marty. eufemie dorothee tecle ⁊ erasme. Intr.



Gaudeamus oēs in domino diē festuz celebrantes in honore scārū martyꝝ de cui⁹ passiōe gaudēt angeli ⁊ collaudāt filiū dei. ps. Exultate iusti i dn̄o rectos d̄cet collaudatio. Oro imediate seq̄ns cōpetit soluz ipsi festo ⁊ vsq̄ ad octauaz.

Deꝰ q scāz nobis hui⁹ diei solēnitatē p btāꝝ v̄ginū ac martyꝝ tuaꝝ eufemie dorothee tecle ⁊ erasme gl̄iosa passione d̄disti adesto familie tue p̄cib⁹ ⁊ da vt q̄rū merita veneramur eaꝝ oronib⁹ adiuuemur. Per. Alia oro cōis q̄ quolibet tpe dr̄.

OMnipotēs sempiterne deus ppitiare nobis famulis tuis p btāz virginum ac martyruz tuarū eusemie vozo thee tecle ⁊ erasme quarū corpora in pñti regescūt eccl̄ia merita gl̄iosa: vt eaz pia intercessione ab oībus protegamur ad uersis ⁊ celestibus muniamur auxilijs. Per dominū. Grad. Gl̄iosus deus. fo. 256. Alla. Adducēt. fo. 270. Sequētia. Agone triūphali. fo. 257. Of. Offerētur. f. 271. Sec. p ambab⁹ collectis.

PResentia munera q̄s domine ita serena pietate ituerē vt sci spūs pfundant bñdictiōe ⁊ nr̄is cordib⁹ eam dilectionē infundāt p quā sctāz virginū ac martyz tuaz cōstātia oīa corpis ouicit tormēta. p. Cō. Quiqz prudētes. fo. 271. Cōplen.

SUmpsim⁹ dne i scārū virginū martyrūqz tuarū solēnitate celestia sacr̄a q̄ruz suffragiū nobis q̄s dne largiaris: vt qō tpal̄r gerim⁹ eternis gaudijs ꝓsequamur. Per. ℭ Eustachij ⁊ sociorū ei⁹. Dio Eatissimorū nos q̄s dne martyrū tuorū eustachij cū socijs suis venerāda passio tueat: vt sicut illos a ferarū morsibus igniūqz cruciatibus eruisti ita nos quoqz a spiritalibus bestiis noxijsqz incendijs liberare digneris. Per. Secreta.

SIt tibi pf̄ op̄s hoc holocaustū sicut qō tibi obtulit q pctā nr̄a in cruce ptulit ⁊ sctō eustachio cū socijs suis intercedēte ad sancta sumēda dignos ꝓpreparet. Per. Cōplē.

SIcut btūs eustachius cū socijs suis dne in celesti claritate pur⁹ rutilat sic scā q̄ sumpsimus intercedētibus illis puros tibi nos efficiant. p. ℭ In vig. matthei apli ⁊ euāgeli. Introi. Ego aūt sicut. fo. 249. Oratio.

DA q̄s op̄s de⁹ vt bti matthei apli tui ⁊ euāgeliste quā preuenim⁹ veneranda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. Per. Epla. Beat⁹ vir q inuent⁹ est sine. fo. 249. Cetera de cōi. Scōm Lucam. V.

IIllo tpe: Vidit ihesus publicanū noīe leui sedentē ad theloneū: ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis oib⁹ surgēs secutus est eū. Et fecit ei ꝓuiuiū magnū leui i domo sua: ⁊ erat turba multa publicanoz̄ ⁊ alioz̄ q cū illis erāt discūbētes. Et murmurabāt pharisei ⁊ scribe eoz̄ dicētes ad discipulos ei⁹. Quare cū publicanis ⁊ pctōrib⁹ mānducatis ⁊ bibitis: Et rñdens ihesus dixit ad illos. Non egent q sani sunt medico: sed qui male habēt. Non eni veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Secreta.

Sacrandū tibi dñe munus offerim⁹ quo btī matthei apl̄i tui ⁊ euāgeliste solennia recolētes purificatōez quoqꝫ nr̄is mētib⁹ iplorem⁹. Per. Cōplē.

Beati matthei apl̄i tui et euāgeliste q̄s dñe supplicatiōe placat⁹ intēde ⁊ veniam nobis tribue ⁊ remedia sempiterna. ¶ In die scō. Introitus. Os iusti meditabit̄. fo. 263. Oro.

Beati matthei apl̄i ⁊ euāgeliste dñe p̄cibus adiuuemur: vt qd̄ possibilitas nr̄a ñ obtinet: ei⁹ nobis intercessione donetur. Per. Epistola. Unicuiqꝫ nostrū data. fo. 112. Gra. Btūs vir. f. 265. All̄a. Jam non estis. fo. 252. Sequētia. Plausu chorus leta. fo. 252. ſꝫ mat. IX.



In illo tpe: Vidit iesus hominem sedentē in theloneo mattheū nomine: ⁊ ait illi. Seq̄re me. Et surgēs secutus est eū. Et fcm̄ est discūbente eo in domo: ecce multi publicani et pctōres veniētes discūbebant cū iesu ⁊ discipuli ei⁹: ⁊ vidētes pharisei dicebāt discipuli eius: quare cū publicanis ⁊ pctōrib⁹ māducat magr̄ vester: At iesus audiēs ait. Nō ē opus valētib⁹ medic⁹: ſꝫ male hñtibus. Eūtes āt discite: qd ē misericordiā volo: ⁊ nō sacrificiū. Nō enī veni vocare iustos ſꝫ pctōres. Ore. Of. Inueni da. fo. 267. Secre.

Supplicatiōib⁹ apl̄icis btī matthei apl̄i tui ⁊ euāgeliste qm̄s dñe eccl̄ie tue cōmēdetur oblatio cui⁹ magnificis p̄dicatiōibus eruditur. Per. Prefatio de apl̄is. Cō. Magna est gloria. fo. 263. Cōplenda.

Perceptis dñe sacr̄is btō mattheo apl̄o tuo ⁊ euāgelista iterueniēte dep̄camur: vt que ꝓ illius celebrata sunt gloria nobis proficiāt ad medelā. Per. ¶ Mauritij ⁊ sociorū. Int. Judicāt sci gētes. fo. 254. Oro.

Adsit nobis qm̄s dñe beatorū martyrū tuorū mauritij ⁊ sociorū ei⁹ scā p̄catio: que nos ⁊ a terrenis affectib⁹ incessabilit̄ expediat ⁊ celestia semp̄ desiderare perficiat. Per. Epl̄a. Rñdit vnus. folio. 256. Graduale. Exultabūt. fo. 256. All̄a. Hec ē vera fra. folio. 257. Euangelium. Cum audieritis. fo. 257. Offe.

Saia nr̄a. folio. 259. Sec.

Suscipe dñe sacrificiū placatiōis ⁊ laudis qd̄ nos iterueniētibus scis tuis offerimus ⁊ ad veniā p̄ducat ⁊ in p̄petuam gr̄arū actionē ꝯstituat. p. Cō. Dico aūt vobis. fo. 259. Cōplen.

Quesumus dñe deus nr̄ vt iterueniētibus scis tuis sacrosciā mysteria que sūpsi-

mus fide ⁊ actione subsequa/mur. Per. ¶ Rudberti confessoris ⁊ episcopi. Oratio.

PRopitiare q̄s dñe nobis famul' tuis ꝑ bti rudberti ꝯfessoris tui atq; pōtificis merita glio sa vt ei⁹ pia itercessiōe ab oib⁹ ꝓtegamur aduersis. ꝑ. Secre.

SUscipiat clemētia tua domine de⁹ q̄s de manib⁹ nostris mun⁹ oblatū: vt ꝑ hui⁹ sci ꝯfessoris tui atq; pōtificis rudberti intercessionē ab oibus nos emundet pctis. Per. Cōplen.

DIuina libātes mysteria q̄ ꝓ sancti confessoris tui atq; pōtificis rudberti veneratōe tue obtulim⁹ maiestati p̄sta q̄s dñe vt ꝑ ea veniam mereamur pcōꝝ ⁊ celestis gr̄e donis reficiamur. ꝑ. ¶ In octā q̄tuor v̄ginū fit vt in die supra. ¶ In festo cosme ⁊ damiani m̄. Intr. Sapiam sanctoꝝ. fo. 253. Oratio

ADesto nobis dñe scōrum martyꝝ tuoꝝ cosme ⁊ damiani itercessiōe placat⁹ ⁊ quos pati ꝓ tuo noīe tribuisti: fac tu/is fidelibus suffragari. Per d. Epl'a. Qui timet deū. folio. 15. Gra Clamauerūt. fo. 256. All'a. Justi epulent. fo. 256. Euangeli. Descēdēs iesus de mō. fol 258. Off. Gl'iabuntur. fo 259. Secr.

SAnctorū tuorū dñe nobis pia nō desit oīo: q̄ ⁊ munera nr̄a tibi ꝯciliet ⁊ tuā nobis indulgētiā semꝑ obtineat. ꝑ. Cō. Posuerūt mortalia. fo. 259. cōp.

PRotegat q̄s dñe ppl'z tuum ⁊ ꝑticipatio celestis ī dulta ꝯuiuij ⁊ dep̄catio collata sanctorū. Per. ¶ Michaelis archangeli. Introitus.



BEne/dicite dño oc̄s āgeli eius potentes virtutes q̄ facitis verbum eius ad audiēdā vocē ꝑmonuz eius. ps. Bñdic aīa mea domino ⁊ oīa que ītra me sūt noī sancto eius. oīo

DE⁹ q̄ miro ordine āgelorū misteria hoīumq; dispēsas: ꝯcede ꝓpiti⁹ vt a qb⁹ tibi ministrātib⁹ in celo sꝑ assistit: ab his in terra vita nr̄a muniat ꝑ d. Lcō. li. apoca. bti ioā. apli. XII.

IN dieb⁹ ill'. Fcm̄ ē p̄liū magnū i celo: michael ⁊ āgeli ei⁹ p̄liabant cū dracone: ⁊ draco pugnabat ⁊ āgeli ei⁹ ⁊ non valuerūt: neq; loc⁹ īuēt⁹ ē eorū āpli⁹ i celo. Et ꝓiect⁹ est draco ille magn⁹: serpēs ātiqu⁹: q̄ vocat diabolus: ⁊ sathanas qui seducit vniuersū orbē: ꝓiect⁹ ē interā: ⁊ āgeli ei⁹ cū eo missi sunt. Et audiui vocē magnā de celo

dicẽtẽ. Nũc fcã ẽ ſalus ⁊ virt⁹ ⁊ regnũ dei nr̃i ⁊ ptãs chr̃i eius qz ꝓiect⁹ ẽ accuſator fratrũ nr̃o rũ: q accuſabat illos ante ꝓſpectũ dei noſtri die ac nocte. Et ipſi vicerũt illũ ꝓpter ſanguinẽ agni: ⁊ ꝓpter verbũ teſtimonij ſui: ⁊ non dilexerũt aĩas ſuas vſq ad mortẽ. Ꝓpterea letamini celi ⁊ qui habitatis in eis.

℣. Bñdicite dño oẽs ãgeli eius potẽtes virtutes q facitis verbũ ei⁹.

℟. Bñdic aĩa mea dño ⁊ oĩa interiora mea nomẽ ſcm̃ eius. Alleluia.

℣. Cõcuſſum eſt mare ⁊ cõtremuit terra vbi archãgelus michael deſcendebat de celo.

Sequentia.

AD celebres rex celice laudes cũcta. Pãgat canora cater ua ſymphonia. Odas atq ſoluat ꝓcio tibi nr̃a. Cum iã renouantur michaelꝫ inclita valde feſta. Per q̃ letabũda poznaꝫ machina mũdi tota. Nomes diſticta pneumatũ ſũt agmina p te fctã. Qz cuz vis facis hec flamea per angelicas officinas. Inter primeua ſũt hec nam creata tua cũ ſimus nos vltia factura ſed imago tua. Theologica cathegorizãt ſymbola nobis hec ter tripartita p priuata officina. Plebs ãgelica phalanx ⁊ archãgelica pricipãs turma virtus vranica ac ptãs almiuoma. Dominantia numina diuina q̃ ſubſellia cherubi etherea ac ſeraphin ignicoma. Vos o michael celi ſatrapa gabrielq̃ vera dans vbi nũcia. Atq rapbael vite vernula tranſferte nos intra paradiſicolas. Per vos pr̃is cũcta cõplenꝫ mãdata que dat eiuſdẽ ſophia cõpar quoq pneuma vna pmanẽs inuſia cui eſtis adminiſtrãtia deo milia milũ ſacra. Vices p bis qnas bis atq gngẽta veſtra centena millena aſſiſtunt in aula ad quẽ rex ouem cẽteſimã verbigena dragmãq decimam vĩa duxit ad algamatha. Vos p ethra nos p rura terrea pars electa armonie vota demus hinc p lyricas cytharas. Quo poſt bella michaelis iclita nr̃a deo ſint accepta aureã ſup arã thimiamata. Quo ichoea iã glia. Cõdecãtemus alleluia.

Secundum. Matthẽũ. XVIII.



IN illo tẽpore: Acceſſerũt diſcipuli ad ieſũ dicẽtes. Quis putas maior ẽ in regno celorũ? Et aduocans ieſus paruulũ: ſtatuit eũ in medio eorũ ⁊ dixit. Amẽ dico vobis: niſi conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut paruuli ñ intrabitis in regnũ celorũ. Quicũq enĩ humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in regno celorũ: ⁊ q ſuſceperit vnũ puerũ talez in noie meo me ſuſcipit. Qui ãt ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis q in me credunt expedit ei vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius: ⁊ di

mergat in pfundū maris. Ue mūdo a ſcandalis: Neceſſe eſt enī vt veniāt ſcādala: Uerum tamē ve hoi per quē ſcandalū venit. Si aūt manꝰ tua vel pes tuus ſcādalizat te: abſcide eū ⁊ pīce abs te. Bonū eſt tibi ad vitā ingredi debilē vel claudū q̄ duas manus vel duos pedes hn̄tez mitti in ignē eternū. Et ſi oculus tuus ſcādalizat te: erue eū ⁊ pīce abs te. Bonum ē tibi vnū oculum hn̄tem in vitam itrare: q̄ duos oculos hn̄ tem mitti in gehēnaz ignis. Uidete ne ꝓtemnatis vnū ex his puſillis: dico enī vobis: q̄ angeli eoꝝ in celis ſemper vident faciez patris mei q̄ in celis eſt. Q redo in vnum. Offertoriū. S tetit angelus iuxta aram templi hn̄s thuribulū aureum in manu ſua ⁊ data ſunt ei incenſa multa ⁊ aſcendit fumus aromatum in conſpectu dei alleluia. Secreta. H Oſtias tibi dn̄e laudis offerimus ſuppliciter dep̄cantes: vt eaſdē ꝓ nobis angelico iterueniēte ſuffragio ⁊ placatus accipias: ⁊ ad ſalutez noſtrā puenire concedas. Per. Cōmu. B enedicite omnes angeli domini domino hymnum dicite ⁊ ſuperexal B tate eum in ſecula. Comp. B Eati archangeli tui michaelis iterceſſiōe ſuffulti ſupplices te domine dep̄camur: vt quos bonore pſequmur ꝓtingamus ⁊ mēte. p. ¶ Hieronymi pl. Int. Os iuſti. fo. 263. Oratio O Eus q̄ nobis p btm̄ hieronymū ꝓfeſſorē tuū ſcripture ſacre myſtica ſacra reuelare dignatus es ꝓcede, ppitiꝰ vt cuius natalitia colimus eius sē p erudiamur doctris ⁊ meritis adiuuemur. p. Epla. Teſtificor coram deo ⁊. f. 265. vel Sapientia laudabit aiam. fo. 265. Gra. Os iuſti meditabit. fo. 265. Alla. Euge ſerue bone. fo. 265. Sequē tia ſci cōi confeſſo. Euangeliū Uos eſtis ſal ter. fo. 266. Offe. A Deſiderū. fo. 263. Sec. C Cepta ſit in cōſpectu tuo dn̄e nr̄a deuotio: ⁊ nobis fiat eius ſupplicatōe ſalutaris p cuius ſolēnitate deferī. p. Com. Fidelis ſeruus. fo. 267. Complē. R Epleti alimonia celeſti q̄s dn̄e vt iterueniēte btō hieronymo ꝓfeſſore tuo miſericordie tue gr̄az cōſeq mereamur. Per. ¶ Remigij germani et vedaſti antiſtitum. Intꝛoitus. G Statuit ei dn̄s. fo. 263. Oio. X audi dn̄e ppl̄z tuū ⁊ ſcōrū tuoꝝ remigij germani ⁊ vedaſti ātiſtitū ſolēnia celebrātē: ⁊ tpal̄ vite nos tribue pace gaudere: ⁊ eternū repire ſubſidium. p. Epla. Dis pōti. f. 264. Gra. Jurauit dn̄s. f. 265. Alla. Elegit te. f. 266. Euā. Sit lūbi ve. fo. 266

Off. Veritas mea. fo. 267. Sec.

PReces nr̃as quesum⁹ domine ⁊ tuoꝝ propitius respice oblatiões fidelium: vt tibi grate sint in tuoꝝ festiuitate sãctoꝝ: ⁊ nobis ꝯferant tue ꝓpitiationis auxilium. Per do. Cõ. Fidelis seruus. fo. 267. Cõplen.

REfecti sacr̃i reparationis humane: p̃sta quesumus domine vt ꝑ ea que nobis munere celesti prebere dignat⁹ es: per hec eadẽ nobis tribuas inherere donis celestibus. Per do. ¶ Frãcisci ꝯfess. Introitus. Os iusti meditabit̃. fo. 263. Oro.

DEus qui ecclesiã tuaꝫ bti francisci meritis fetu noue prolis amplificas tribue nobis ex ei⁹ imitatione terrena despicere: ⁊ celestium donoꝝ semper participatione gaudere. ꝑ. dominum. Ad galathas. VI

FRatres: Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi ꝑ quem mihi mũdus crucifixus est ⁊ ego mũdo. In christo enĩ iesu neqꝫ circũcisio aliquid valet neqꝫ prepucium: sed noua creatura: ⁊ q cũqꝫ hanc regulã secuti fuerint pax ⁊ misericordia dei sup̃ israel. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini iesu in corpore meo porto. Gratia dñi nostri iesu christi cũ spiritu vestro amen. Gra. Dñe preuenisti. fo. 261. Alleluia. O patriarcha paupeꝝ francisce tuis precibus auge tuoꝝ numerum in charitate chr̃i quos ꝯcellatis manibus excutiens vt moriens iacob bñ dixisti. Sequẽtia de simplici cõfessore. Euã. Confitebor tibi pr̃. fo. 259. Regre in cõmuni. Off. Desideriũ aĩe. fo. 263. Secreta.

MUnera tibi domĩe dicata sanctifica: ⁊ intercedẽte beato francisco corda nostra ab omni culparum labe purifica. Per dominum. Cõmunio. Posuisti dñe. fol. 263. Cõplen.

ECclesiam tuam q̃s domine celestis gr̃e mun⁹ amplificet quã beati frãcisci illuminare voluisti gloriosis meritis ⁊ exemplis. Per dominuꝫ no. ¶ Fidis virginis ⁊ marty. ꝑ totum vt in cõi de v̄gine ⁊ mar. ¶ In festo sc̃i marci pape. In. Statuit ei dñs. fo. 263. Oratio.

EXaudi dñe preces nr̃as ⁊ iterueniẽte btõ marco cõfessore tuo atqꝫ põtifice supplicationes nr̃as placat⁹ intende. Per. Epla. Plures facti sũt. fo. 264. vt in communi. Grad. Inueni dauid. fo. 265. Alla. Iurauit dñs. fol. 265. Sequen. de cõi ꝯfes. vel pontifi. fol. 261. Euan. Hõ quidã peregre. fo. 266. Of. Veritas mea. fo. 267. Secreta.

ACcepta sit tibi dñe sacrate plebis oblatio ꝓ tuorũ

honore scõr quor se meritis p cepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per. Cõmunio. Magna est glia. fo. 263. Cõplẽ.

OA ãs dñe fidelibus populis scõr tuorũz semp veneratiõe letariz eorũ perpetua supplicatõe muniri. Per. C Dionysij r sociorũ ei⁹. Int. OTimete dñm. f. 254. Oio

Eus q hodierna die beatũ dionysiũ martyrẽ tuũ virtute pstãtie in passiõe roborasti: q/ ãs illi ad pdicãdũ gẽtib⁹ glĩam tuã rusticũ r eleutheriuz sociare dignat⁹ es: tribue nobis ãs ex eorũ imitatiõe p amore tuo prospera mundi despicere r nulla ei⁹ aduersa formidare. p. Epla. Bñdict⁹ de⁹ r pr̃. f. 255. Euãg. Si quis vult. fo. 262. Secreta.

Hostias ãs dñe ãs scõruz tuorum dionysij rustici et eleutherij natalitia recẽsentes offerim⁹: r vicula nr̃e prauitatis absoluãt r tue nobis misericordie dona pciliẽt. p. Compl.

Quesum⁹ ops de⁹ vt q celestia alimẽta pcepim⁹ intercedẽtib⁹ scis martyrib⁹ tuis dionysio rustico r eleutherio p hec pstra oia aduersa muniamur. Per. C Gereõis r sociorum eius. Introitus. Sapiam sanctor. fo. 253. Oio.

Benedictus deus ⁊ pater domini nostri iesu christi: qui ſm magnam misericordiã suã regenerauit nos in spem viuam: ꝑ resurrectõez iesu chr̃i ex mortuis in hereditatẽ incorruptibilẽ ⁊ incõtaminatã: ⁊ imarcessibilẽ conseruataz in celis in vobis: qui in virtute dei custodimĩ per fidẽ in salutẽ paratam reuelari in tpe nouissimo. In quo exultabitis modicũ nunc si oportet ꝯtristari ĩ varijs tentationibus: vt ꝓbatio vestre fidei multo p̃ciosior sit auro: qđ per ignẽ ꝓbat̃. Christo igit̃ passo in carne: ⁊ vos eadez cogitatiõe armamini. Quia q passus est in carne desijt a peccatis: vt iam nõ hoĩum: desiderijs: sed voluntate dei quod reliquum est in carne viuat tpis. Lectio libri sapientie. III.C.

Iustorum aĩe in manu dei sunt: ⁊ nõ tanget illos tormentũ mortis. Visi sunt oculis insipientiũ mori: ⁊ estimata ẽ afflictio exitus illoꝝ: ⁊ qđ a nobis est iter exterminij illi autẽ sunt in pace. Et si corã hominib⁹ tormẽta passi sunt spes illoꝝ ĩmortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponentur: qm̃ deus tentauit eos: ⁊ inuenit eos dignos se. Tanq̃ aurum in fornace probauit illos: ⁊ quasi holocausta accepit illos: ⁊ in tpe erit respectus illoꝝ. Fulgebunt iusti: ⁊ tanq̃ scintille in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes ⁊ dominabũtur populis: ⁊ regnabit dñs illoꝝ ĩ ꝑpetuũ. Lectio li. sapientie X.C

Expectatio iustoruz letitia: spes aũt impioꝝ peribit.

Fortitudo simplicis via domini: et pauor his qui operant malum. Justus in eternū non commouebitur: impij autem nō habitabūt in terra. Os iusti parturiet sapientiā: lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita: et os impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diliget eos: et supplantatio peruersorum vastabit illos. Non proderunt diuitie in die vltiōis: iustitia autem liberabit a morte. Justitia simplicis diriget viam eius: et impietate sua corruet impius. Justitia rectorum liberabit eos: et insidijs suis capiētur iniqui. Justus de angustia liberatus est: tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autez liberabūtur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: et in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustoꝝ exaltabit ciuitas. **Lcō libri sapient.** X.C.



Reddet dñs mercedē laborꝝ sanctorꝝ suorū: et deducet eos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto diei: et in lumine stellarum nocte. Transtulit illos per mare rubrū et transuexit illos per aquā numā. Inimicos aūt illorū demersit in mare: et ab altitudine iferoꝝ edurit illos. Jō iusti tulerūt spolia impiorum: et decātauerūt domine nomen sanctum tuum. Et victricē manum tuā laudauerūt: pariter domine deus nr.



Ad hebreos. X.C. Frēs: Memoramini aūt pristinos dies in quibus illuminati magnū certamen sustinuistis passionū: et in altero quidem obprobrijs et tribulatiōibus spectaculū facti in altero autē socij taliter conuersantiū effecti. Nam et vinctis cōpassi estis: et rapinam bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorē et manentē substātiam. Nolite itaqꝝ amittere cōfidentiā vestram: que magnam habet remunerationē. Patientia enim vobis necessaria ē: vt voluntatē dei facientes reportetis repromissionē. Adhuc enī modicū aliquantulum qui venturus est veniet: et nō tardabit. Justus autē ex fide viuit. **Epistola ad Hebreos.** XI.C. Frēs: Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam: adepti sūt repromissiones. Obturauerūt ora leonū: extinxerunt impetum ignis: effugerunt acies gladij: conualuerūt de infirmitate: fortes facti sunt in bello: ca/

stra verterunt exterorũ: acceperunt mulieres de resurrectiõe mortuos suos. Alij autẽ distenti sunt nõ suscipiẽtes redẽptio/nem: vt meliorẽ inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria ⁊ verbera expti: insuper et vincula ⁊ carceres: lapidati sũt: secuti sunt: tentati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis: ⁊ in pellib⁹ caprinis egentes angustiati: afflicti: quibus dignus nõ erat mũdus. In solitudinibus errãtes: in montibus ⁊ in speluncis ⁊ i cauernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo ihesu domino nostro. Lectio libri apocalypsis beati Joãnis apostoli. VII.C

In diebus illis: Respondit vnus de senioribus dicẽs mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis: qui sunt: ⁊ vnde venerũt: Et dixit illi. Dñe mi tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt q venerũt ỏ tribulatiõe magna: ⁊ lauerunt stolas suas: ⁊ dealbauerũt eas i sanguine agni. Ideo sunt ante thronũ dei: ⁊ seruiunt ei die ac nocte in templo ei⁹: ⁊ qui sedet in throno habitat sup illos. Non esurient neq; sitient amplius: neq; cadet super illos sol neq; vllus estus: quoniã agn⁹ dei qui in medio throni est reget eos: ⁊ deducet eos ad vite fontes aquaꝝ. Et absterget deus oẽm lachrymã ab oculis eorum. Lcõ lib. sapien. puer. XV

Lingua sapientiũ ornat scientiaz ⁊ os fatuoꝝ ebulit stulticiã. In oi loco oculi domini ꝓtemplant malos ⁊ bonos. Lingua placabil' lignum vite: que autem imoderata est conteret spiritũ. Bonus iusti pluri ma fortitudo: ⁊ in fructibus impij conturbatio. Labia sapientiuz disseminabunt scientiã: cor stultoꝝ dissimile erit. Victime ipiorum abhominabiles domino: ⁊ vota iustorum placabilia. Qui sequit' iustitiã diliget a: domino. Lectio li. sapien. XIIII.C

Hi sunt viri misericordie: quorũz iustitie obliuionẽ non acceperunt. Cum semine eorum permanent: bona hereditas sancta nepotes eorũ. Et in testamentis stetit semen eorũ: ⁊ filij eoꝝ ꝓpter eos vsq; in eternum manet. Generatio eoꝝ: ⁊ gloria eorũ non derelinquet. Corpora eorũ in pace sepulta sunt: ⁊ nomina eorum viuent in secula. Sapientiam eorũ narrent omnes populi: ⁊ laudem eorũ pronunciat ois ecclesia scõrũ. Lcõ li. sapi. XXXIX.C

Sapientiam antiquorũz exquiret sapiẽs: ⁊ in prophetijs vocabit. Narrationem virorum nominatorum conser-

uabit: z in versutias parabola ruz simul introibit. Occulta p uerbioz erquiret: z in absconditis parabolaz conuersabit. In medio magnatoz ministrabit: z in ꝓspectu presidum apparebit: z in terrā alienaz gentiuz p transiet. Bona enim z mala in oibus tentabit. ¶ Item alia require in quarta feria dominice gnte ante natiuita. dñi. Gratias agere. Graduale de plurib⁹. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manus tue confregit inimicos. Gradua. Iustoz anime in manu dei sunt: z non tanget illos tormentū malitie. ℣. Visi sūt oculis insipientiū mori: illi autez sūt in pace. Gradua. Clamauerunt iusti: z dominus exaudiuit eos: z ex oibus tribulationibus eoz liberauit eos. ℣. Juxta est dñs bis qui tribulato sunt corde: z humiles spiritu saluabuntur. Gradua. Iudica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre. Gradua. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est: z nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum z terram. Gradua. Timete dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eū. ℣. Inquirentes aūt dominuz non deficient omni bono. Gradua. Ecce q̄ bonum z q̄ iocundū: habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam aaron. Gradua. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino canticuz nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Gradua. Preciosa in cōspe/ctu dñi mors sanctoz eius. ℣. Credidi propter quod locutus sum: ego autē humiliatus nimis. Gradua. Confitebunt celi mirabilia tua domine: z veritatem tuam in eccl'ia sanctoruz. ℣. Misericordias tuas domine in eternum cantabo: in generatione z progenie. Alleluia. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sūt: z nomina eoruz viuent in generatione z generationem. Alleluia. ℣. Preciosa in conspectu domi mors sanctorum eius. Alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicent te gloriaz regni tui dicent. Alleluia. ℣. Exul/tēt iusti in ꝓspectu dei: z delectent in letitia. Alleluia. ℣. Justi epulentur z exultent in conspectu dei: z delectent in letitia. Alleluia. ℣. Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. ℣. Sit nomen dñi benedictum: ex hoc nunc z vsq; in sclm. Alleluia. ℣. Letamini in dño: z exultate iusti: et gloriamini oēs recti corde. Alleluia. ℣. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deum videbūt. Alleluia. ℣. Ful/

gebũt iusti: ⁊ tanq̃ scintille in arũdi neto discurrent in eternũ. Alleluia. ℣. Justi aũt in perpetuũ viuent: ⁊ apud deũ est merces eoꝝ. Alleluia. ℣. Hec ē v̄a fraternitas q̃ vicit mundi crimina: chr̃m secuta est icly ta tenẽs regna celestia. Alla. ℣. Gaudete iusti in dño: rectos decet collaudatio. Alleluia. ℣. Mirabilis deus in sanctis suis. Alleluia. ℣. Te martyꝝ candidatus laudat exercitus dñe. Alla. ℣. Judicabunt sci nationes ⁊ dñabuntur populi: ⁊ regnabit illoꝝ rex in eternuꝫ. Alleluia. ℣. Justoꝝ anime in manu dei sunt: ⁊ nõ tanget illos tormentuꝫ malitie. Alleluia. ℣. Tradiderũt corpora sua ꝓpter deuꝫ ad supplicia: ideo coronant̃ ⁊ accipiunt palmam. Alleluia. ℣. Laudate dñꝫ in sanctis eius: laudate eũ in firmamento virtutis eius. De plurib⁹ marty. Tractus. Qui seminant i lachrymis in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt ⁊ flebant mittentes semina sua. ℣. Veniẽtes ãt venient cum exultatione portantes manipulos suos. De pluribus marty. Seq̃ntia.

Agone triũphali militũ regis sũmi dies iste celebris est populis chr̃o regi credulis. Hi delectamentũ respuerãt mundanorum. Et crucem tunc turpẽ quottidie baiularũt. Hos nullius feritas a christo separat. Quin ad eum mortib⁹ millenis properent. Non carcer vllus aut cathena molliũt fortia i christo pectora. Sed nec feraꝝ morsus diri martyꝝ solidũ excauãt animũ. Non iminẽtis capiti gladius territat. Fortissimos milites optimi domini. Nunc manu dei cõplexi ꝑsequentum insultant furoribus quõdã crudelibus. Et plebi christo sola men suppeditant in cunctis laboribus lubrici seculi. Vos christi martyres. Nos valde fragiles. Precibus nos iusto iudici synceris iugiter cõmendare curate. Alia seq̃n.

O Beata beatoꝝ martyꝝ solennia. O deuote recolẽda victoruꝫ certamina. Digni dignis fulgent signis ⁊ florent v̄tutibus. Illos semꝑ condecẽter veneremur laudibus. Fide voto corde toto adheserunt dño. Et inuicti sunt addicti attroci martyrio. Carcerati trucidati tormẽtoꝝ genera. Igne lesi ferro cesi ꝑtulerunt plurima. Duꝫ sic torti cedunt morti carnis ꝑ interitũ: vt electi sunt adepti beatoꝝ premia. Per contemptum mundanorum ⁊ per bella fortia meruerunt angelorũ victores ꝯsortia. Ergo facti coheredes christo in celestibus. Apud ipsum vota nostra promouet precibus. Et post huius finem vite ⁊ post transitoria. In perenni mereamur exultari gloria. In mat. V.C

In illo tempore: Videns iesus turbas: ascendit in mõtem. Et cum sedisset: accesserũt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos di

cens. Beati pauperes spũ: qm̃ ipsorũ est regnũ celorũ. Beati mites: qm̃ ipsi possidebunt terraz. Beati q lugent: qm̃ ipsi cõsolabũtur. Beati qui esuriũt ⁊ sitiũt iustitiam: qm̃ ipsi saturabũtur. Bti misericordes: qm̃ ipsi misericordiã ꝓsequent. Beati mundo corde: qm̃ ipsi deum videbũt. Bti pacifici: qm̃ filij dei vocabũtur. Beati qui persecutionem patiuntur ꝓpter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cuz maledixerint vobis homines: ⁊ persecuti vos fuerint: ⁊ dixerint omne malum aduersũ vos mentientes ꝓpter me. Gaudete ⁊ exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis.

℣ Secundum lucã. XXI. C.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia ⁊ seditiones: nolite terreri oportet primum hec fieri: sed nondum statiz finis. Tũc dicebat illis. Surget gens contra gentem: ⁊ regnuz aduersus regnum: ⁊ terremotus magni erunt per loca: ⁊ pestilentie: et fames terroresqz de celo ⁊ signa magna erunt. Sed ãte hec omnia inijcient vobis manus suas: ⁊ persequentur tradentes in synagogas ⁊ custodias: trahentes ad reges ⁊ presides ꝓpter nomen meuz. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os ⁊ sapientiã: cui non poterunt resistere ⁊ contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentib⁹ ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊ amicis ⁊ morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus ꝓpter nomen meum. Et capillus de capite vestro nõ peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Secũdum Mar. XIII. C



In illo tempore: Egrediente iesu de templo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister respice quales lapides ⁊ quales structure. Et respondens iesus: ait illi. Vides bas omnes magnas edificationes. Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cuz sederet in monte oliuarum contra templum: interrogabant eum separatim petrus ⁊ iacobus ⁊ ioannes et andreas. Dic nobis quãdo ista fient: ⁊ quod signum erit quando hec omnia incipient consummari? Et respondens iesus: cepit dicere illis. Videte: ne quis vos seducat. Multi enim veni-

ent in nõie meo dicentes. Quia ego sum: ⁊ multos seducent. Cũ autem audieritis bella ⁊ opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: sed nõdum finis. Exurget enim gens contra gentem: ⁊ regnum super regnum: ⁊ erunt terremotus per loca: ⁊ fames initium dolorum hec. Videte autẽ vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis: ⁊ in synagogis vapulabitis. Et ante reges ⁊ presides stabitis propter me: in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet predicari euangelium. Et cũ duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: sꝫ quod datum vobis fuerit: in illa hora id loquamini. Non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autẽ frater fratrem in mortem: ⁊ pater filium: ⁊ insurgent filij in parentes: ⁊ morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomẽ meum. Qui autem sustinuerit in finẽ: hic saluus erit. ℣ mat. X.C

In illo tempore: Dixit dominus ihesus discipulis suis. Cum persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Amẽ dico vobis: non consummabitis ciuitates israel donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum suũ. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: ⁊ seruus sicut dominus eius. Si patrẽfamilias beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius. Nec ergo timueritis eos. Nihil enim opertum qõ non reuelabitur: ⁊ occultum quod non sciatur. Qõ dico vobis in tenebris dicite i lumine: ⁊ quod in aure auditis p̃dicate super tecta. Et nolite timere eos q occidũt corpus: animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete: qui põt ⁊ animam ⁊ corpus pdere i gehẽnam. Nõne duo passeres asse veneunt: ⁊ vnus ex illis nõ cadet super terram sine p̃ie vestro. Vestri autẽ capilli capitis: oẽs numerati sũt. Nolite ergo timere multis passerib⁹ meliores estis vos. Omis ergo q ꝓfitebit me coram hoibus: ꝓfitebor ⁊ ego eũ coram p̃ie meo qui est in celis.

Secundum lucam. VI.C.

In illo tpe: Descẽdẽs ihesus de mõte stetit in loco cãpestri et turba discipulorum ei⁹: ⁊ multitudo copiosa plebis ab oi iudea ⁊ hierlm ⁊ maritima ⁊ tyri ⁊ sydonis: q venerãt vt audirẽt eũ ⁊ sanarent a languorib⁹ suis. Et q vexabant a spiritib⁹ imundis curabant. Et ois turba q̃rebat eũ tangere: qz virtus de illo exibat ⁊ sanabat oẽs. Et ipe eleuatis oculis i discipulos suos dicebat

Beati pauperes: quia vestrum est regnum dei. Bti q nunc esuritis: qꝛ saturabimini. Beati q nunc fletis: qꝛ ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines: ⁊ cum separauerint vos ⁊ exprobrauerint ⁊ eiecerint nomen vr̃m tanq̃ maluz propter filium hominis. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce eniz merces vestra multa est in celo. Secundũ mat XXIIII



In illo tpe: Sedente iesu sup montem oliueti: accesserunt ad eum discipuli secreto dicẽtes. Dic nobis: quãdo hec erunt? Et qđ signum aduẽtus tui: ⁊ ꝯsummationis seculi? Et rñdens iesus dixit eis. Uidete ne quis vos seducat. Multi enim venient in noie meo: dicentes. Ego sum christus: ⁊ multos seducẽt. Audituri eniz estis prelia ⁊ opiniones preliorum: videte ne turbemini. Oportet enim hec fieri: sz nondum est finis. Consurget enim gens in gentem ⁊ regnuz in regnum: ⁊ erunt pestilentie: ⁊ fames: ⁊ terremotus per loca. Hec autez omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem: ⁊ occident vos. Et eritis odio omnibus hominib⁹ ꝓpter nomen meum: ⁊ tunc scãdalizabuntur multi: ⁊ inuicem tradent: ⁊ odio habebunt iuicẽ. Et multi pseudo prophete surgẽt ⁊ seducent multos. Et quoniã abundabit iniqtas: refrigescet charitas multoꝝ. Qui autẽ perseuerauerit vsq̃ in finẽ hic saluus erit. Scđm lucam X. C.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Qui vos audit me audit: ⁊ q vos spernit me sp̃nit. Qui aũt me spernit: spernit euz q me misit. Reuersi sunt ãt septuagitaduo cum gaudio dicentes. Dñe ẽt demonia in nomie tuo: subijciuntur nobis? Et ait illis. Uidebã sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes ⁊ scorpiões: ⁊ supra oẽm virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Uerũtamen in hoc nolite gaudere: qꝛ spũs subijciuntur vobis. Gaudete: autem: qꝛ noĩa vestra scripta sunt in celis. Scđz luca XII

In illo tempore: Dixit dominus iesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseorum: quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est quod non reueletur neq̃ absconditũ quod non sciatur. Quoniam q̃ in tenebris dixistis: in lumine dicentur. Et quod in aure locuti estis in cubiculis p̃dicabitur in tectis. Dico ãt vobis amicis

meis:ne terreamini ab his q oc
cidunt corpus:⁊ post hec nō ha
bent ampli⁹ qd faciāt. Oñdam
aūt vobis quez timeatis. Time
te eum:qui post q̄ occiderit:ha-
bet potestatez mittere in gehē
nam. Ita dico vobis hūc time/
te. Nonne quinq̄ passeres ve/
neunt dipondio? Et vnus ex il
lis:nō est in obliuione corā deo.
Sed ⁊ capilli capitis vestri oēs
numerati sunt. Nolite ergo ti-
mere:multis passeribus pluris
estis vos. Dico autem vobis.
Omnis quicūq̄ confessus fue/
rit me coraz hoībus:⁊ filius ho
minis ꝯfitebitur illum corā an
gelis dei. Scdm lucam. XI.C.



In illo tēpore:
Dicebat iesus
turbis iudeoꝝ:⁊ pri-
cipibus sacerdotuz.
Ue vobis qui edifi-
catis monumēta ꝓ
phetaꝝ. Patres āt
vestri occiderunt il
los. Profecto testificamini q̄
ꝯsentitis opibus patrum vr̄oꝝ:
qm̄ quidem ipsi eos occiderunt.
Uos autē edificatis eoꝝ sepul-
chra. Propterea ⁊ sapiētia dei
dixit. Mittā ad illos ꝓphetas
⁊ apl'os:⁊ ex illis occident ⁊ ꝑ-
sequentur:vt inqratur sanguis
oīum prophetaꝝ qui effusus est
a ꝯstitutiōe mūdi:a generatiōe
ista:a sanguine abel vsq̄ ad sā-
guinē zacharie:qui perijt iter al
tare ⁊ edem. Ita dico vobis:re
quiret ab hac generatione. Ue
vobis legisperitis: qui tulistis
clauē scientie:ipsi nō introistis:
⁊ eos q introibant ꝓhibuistis.
Cum aūt hec ad illos diceret:
ceperunt pharisei ⁊ legisperiti
grauiter insistere:⁊ os eius op-
primere de multis insidiantes
ei:⁊ querentes capere aliqd ex
ore eius: vt accusarent euz. Se
cundum marcum. XIII.C

In illo tempore: Dixit ie-
sus discipulis suis. Uidete ne qs
vos seducat. Multi enim veni
ent in noīe meo dicentes: Quia
ego sū:⁊ multos seducent. Cuz
audieritis aūt prelia:⁊ opinio-
nes bellorum: ne timueritis.
Oportet enim hec fieri:sed nō-
dum finis. Exurget eniz gens
supra gentem:⁊ regnum aduer
sus regnum. Et erunt terremo
tus per loca ⁊ fames. Hec autē
initia sunt dolorum. Uidete āt
vosmetipsos. Tradent eni vos
in concilijs:⁊ in synagogis va
pulabitis. Et ante reges ⁊ presi
des stabitis propter me in testi
monium illis:⁊ in omnes gen-
tes primum oportet predicare
euangelium. Et cum duxerint
vos tradentes. Nolite precogi
tare quid loquamini: sed quod
datum fuerit vobis in illa ho-
ra id loquamini. Non eni estis

vos loquētes: sed spūs sanctus. Tradet aūt frater fratrē in mortem: ⁊ pater filiuz. Et ꝯsurgent filij in parentes: ⁊ morte afficient eos. Et eritis odio omnib⁹ hoībus propter nomen meuz. Qui aūt sustinuit vsqꝫ in finem hic salu⁹ erit. Scdz mat. XI. C



In illo tempore: Rñdens iesus dixit. Cōfitebor tibi pater domie celi ⁊ terre: qꝛ abscōdisti hec a sapientib⁹ ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruul'. Ita pater quoniam sic placituz fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater neqꝫ pr̄em quis nouit nisi filius: ⁊ cui voluerit fili⁹ reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos. Tollite iugum meum super vos: ⁊ discite a me quia mitis suz ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiē animabus vestris. Jugum eniz meū suaue est: ⁊ on⁹ meū leue. Offer. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum alleluia. Offer. Letamini in domino et exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde alleluia. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis: deus in israel ipse dabit virtutem ⁊ fortitudinez plebis sue benedictus deus alleluia. Offer. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniā tu domine benedicis iustis: domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti eos. Offer. Anima nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est: ⁊ nos liberati sumus. Offer. Iustorum anime ī manu dei sunt: ⁊ non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autē sunt in pace alleluia. Offer. Repleti sum⁹ mane misericordia tua: ⁊ exultauimus ⁊ delectati sumus all'a. Cōmu. Posuerunt mortalia seruoꝝ tuoruz dñe escas volatilibus celi: carnes sctōruz tuoꝝ bestijs terre: ſm magnitudinez brachij tui possīde filios morti punitorum. Cōmu. Amen dico vobis quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis: venite benedicti patris mei possidete regnū quod preparatū est vobis ab initio seculi. Cōm. Ego vos elegi de mūdo: vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fruct⁹ vester maneat. Cōmu. Aīa nr̄a sicut passer erepta est de laqueo venātiū. Cō. Signa eos qui in me credūt hec sequent̄: demonia eijciēt: super egros manus īponēt: ⁊ bñ habebunt. Cō. Dico aūt vobis amicis meis: ne terreamini ab his q vos ꝑsequūtur. Cōmu. Quicūqꝫ fecerit voluntatem pr̄is mei q in celis est: ipse meus frater soror ⁊ mater ē dicit domin⁹. Cōmu. Multitudo languētium ⁊

qui vexabant a spiritibus imundis veniebant ad eũ: qꝛ virt⁹ de illo exibat ⁊ sanabat oẽs. Cõm. Et si coram hoibus tormẽta passi sunt: de⁹ tẽtauit eos tanq̃ auꝝ in fornace probauit eos: ⁊ quasi holocausta accepit eos. Cõmu. Beati mũdo corde: qm̃ ipsi deũ videbunt: beati pacifici: qm̃ filij dei vocabunt: beati qui ꝑsecutionẽ patiuntur ꝓpter iustitiaꝫ: qm̃ ipsoꝝ est regnum celoꝝ. Cõm. Gaudete iusti i dño alleluia rectos decet collaudatio alleluia. Cõmu. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dñs: ⁊ quod in aure auditis ꝑdicate sup tecta. ¶ De vno mar. ⁊ pontifice. Introi.

Statuit ei dominus. folio. 263.

¶ In festo vnius mar. non põtifi. Introi.



Letabitur iustus in dño ⁊ sperabit i eo: ⁊ laudabunt oẽs recti corde. ps. Exaudi de⁹ oꝛonez meã cũ deprecor: a timore inimici eripe aiam meã. ℣. Glia pa. Introi.

In virtute tua domine letabit iust⁹: ⁊ sup salutare tuũ exultabit vehemẽter: desideriuꝫ aie ei⁹ tribuisti ei. ps. Qm̃ preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Gloria pa. Introi.

Iustus nõ ꝯturbabitur: qꝛ dominus firmat manũ eius: tota die miseret ⁊ cõmodat: ⁊ semen eius in benedictione erit in eternũ conseruabit. ps. Noli emulari in malignãtibus: neqꝫ zelaueris faciẽtes iniqtatem. ℣. Gloria patri et. Introi.

Gloria et honore coronasti eũ domine: et constituisti eum super opera manuum tuaruꝫ. ps. Domine dominus noster: q̃ admirabile est nomen tuuꝫ in vniuersa terra. ℣. Gloria patri et filio. Oratio.

Presta quesumus op̃s deus: vt qui beati. N. martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per. Sec.

Muneribus nr̃is q̃s domine precibusqꝫ susceptis: ⁊ celestibus nos mũda mysteriis: ⁊ clemẽter exaudi. ꝑ. Cõplẽ.

Da q̃s dñe deus noster: vt sicut tuoꝝ cõmemoratione sanctoꝝ temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dominuꝫ nostrum iesum chr̃m. Alia oro

Presta quesumus omnipotens deus: vt intercedente beato. N. martyre tuo: ⁊ a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore: ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum. Secreta

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris: pro cuius solēnitate defert. Per. Complen.

Refecti participatiōe mūeris sacri: q̄s domine deus noster: vt cuius exequimur cultum: sentiamus effectum. Per dominum nostruz iesū. Lectio libri sapientie. IIII.C.

Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis ē: non diuturna: neq̄ numero annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis: ⁊ etas senectutis vita: imaculata. Placens deo factus dilectus: ⁊ viuens inter peccatores translat⁹ est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animam illis. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona: ⁊ inconstantia cōcupiscentie transuertit sensuz sine malitia. Consummatus in breui: expleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum: quoniam gratia dei ⁊ misericordia est in sancto illius: ⁊ respectus sup electos illius. Ad Thim. II.C. epl'e. ii.

Charissime: Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Nā ⁊ qui certat in agone non coronabitur: nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primuz de fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Ad Corinthi. II.C. j.



Fratres: Benedictus deus: ⁊ pater domini nostri iesu christi pater misericordiaruz: ⁊ deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possim⁹ ⁊ ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem: qua exhortamur ⁊ ipsi a deo: quoniam sicut abundant passiones christi in nobis: ita ⁊ per christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione ⁊ salute: siue consolamur pro vestra consolatione: siue exhortamur pro vestra exhortatione ⁊ salute: que operatur tolerantiam earundem passionuz quas ⁊ nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: sciētes quoniam sicut socij passionuz estis: sic eritis ⁊ ꝯsolationis. In christo iesu domino nostro. Ad Thimotheum. II.C. ij. episto.

Charissime

Qbarissime. Memor esto dominū iesum christū resurrexisse a mortuis ex semie dauid scōm euangeliū meū: i quo laboro vsqz ad vincula ąsi male opans: sed verbū dei non est alligatū. Ideo oia sustineo propter electos: vt z ipsi salutē consequantur: que est in chīo iesu cum gloria celesti. Tu aūt assecutus es meā doctrinam: īstitutionē: propositū: fidem: lōganimitatē: dilectionem: patientiam: psecutiones: passiões. Qualia mihi facta sūt antiochie iconio: lystris: qles persecutiões sustinui: z ex omnibus eripuit me dns. Et omnes qui volunt pie viuere in chīo: persecutionē patient. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. XXXIX.C.

Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum: z in cōspectu altissimi deprecabitur: aperiet os suum in oratione: z p delictis suis deprecabitur. Si enīz dominus magnus voluerit spiritu intelligentie replebit eum: z ipse tanq̄z imbres emittet eloquia sapientie sue: z in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius z disciplinam: z in absconditis suis cōsiliabitur: z ipse palam faciet disciplinaz doctrine sue: z in lege testamēti domini gloriabitur. Collaudabūt multi sapientiā eius: z vsqz in seculū non delebit. Non recedet memoria eius: z nomē eius requiret a generatione in generationē. Lectio libri sapientie Prouerbi. III.C.

Beatus hō qui inuenit sapientiā: z qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negociatione argenti z auri: pmi z purissimi. Fructus eius pretiosior est cunctis opibus: sapientia z omnia q̄ desiderāt huic non valēt comparari. Lōgitudo diez in dextera eius: z in sinistra illius diuitie z gloria. Vie eius vie pulchre: z oēs semite illius pacifice. Lignū vite est bis qui apprehenderint eam: z qui tenuerit eam beatus. Dominus sapientia fundauit terram: z stabiliuit celos prudentia. Sapientiam illius eruperunt abyssi: et nubes rore pcrescūt. Lcō li. sapientie Ecclesiastici. XIIII.C.



Beatus vir q in sapiētia sua morabitur: z qui i iustitia sua meditabit: z in sensu cogitabit circūspectiones dei. Cibauit illuz pane vite z intellectus: z aqua sapiētie salutaris potabit eum. Et firmabitur in illo z nō flectetur: z continebit illum et non confundetur. Et exaltabit

illum apud proximos suos. Et nomine eterne hereditabit illū dominus deus noster. Lectio libri sapientie. X.C.



IUstum deduxit dominus p vias rectas: et ostendit illi regnum dei: et dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: et cōpleuit labores illius. In fraude circumuenientium illum affuit illi: et honestum fecit illū. Custodiuit eum ab inimicis: et a seductoribus tutauit eum. Et certamen forte dedit illi vt vinceret: et sciret quoniam omniū potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eū. Descenditq; cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit eum: donec afferret illi sceptrum regni et potentiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit: qui maculauerunt illum. Et dedit illi claritatem eternam: dominus deus noster. ℭ De vno mar. et pontifice. Gra. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabit ei: et brachium meū confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eū. Gra. Posuisti dñe sup caput eius coronā de lapide pretioso. ℣. Desideriū labie eius tribuisti ei: et volūtate labiorum eius nō fraudasti eū. Gra. Beatus vir q timet dñm: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semē eius generatio rectorum benedicet. Gra. Gloria et honore coronasti eum dñe: et constituisti eum super opa manuū tuarum. ℣. Quōm elevata est magnificētia tua sup celos. Gra. Iustus nō conturbabit: quia dñs firmat manū eius. ℣. Tota die miseret et cōmodat: et semen eius in benedictione erit. Gra. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit in domo dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiā tuā: et veritatē tuam p noctē. Gra. Tu dñe posuisti eum in benedictiōibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitā petijt a te: et tribuisti ei longitudinē dierum in seculum seculi. ℭ De vno marty. et pontifice. Alla. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinē melchisedech. Alleluia. ℣. Iste sanctus pro lege dei sui certauit vsq; ad mortē et a vbis impiorum non timuit. Alla. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit in domo dñi. Alla. ℣. Hic est sacerdos quē coronauit dñs. Alla. ℣. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Alla. ℣ Letabit iustus in dño et sperabit in eo: et laudabuntur oēs recti corde. Alla. ℣. Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. Alla. ℣. Posuisti dñe su-

per caput eius coronā: de lapide pre cioso. Alla. ℣. Justus non ꝯturbabitur: qꝛ dñs firmat manuꝫ eius. Alla. ℣. Qui seqtur me non ambulat in tenebris: sed hēbit lumen vite eterne. Alla. ℣. Gloria ꝛ honore coronasti eū domine. Alleluia. ℣. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniā cum probatus fuerit accipiet coronam vite. ¶ De vno marty. ꝛ pontifi. Sequen.

Spe mercedis ꝛ corone stetit martyr in agone ad mortem obediens. Morte christū imitatus fide firmus ꝛ firmatus firmo gressu gradiens. Furit furor militaris: vt vir sacer sacris aris imolet hostia. Quem occidunt ꝛ scientes introducunt nescientes ad eterna gaudia. Christi felix hic athleta qui subire mente leta mortem non abhorruit. Vt sit salus infirmorum: ꝛ medela peccatorum gratiā promeruit. Ceci: claudi: surdi: muti sunt ad vsum restituti diuina clementia. Non est morbus quem non curet: dum morbosum non obduret tarda diffidentia. Hostes christi christo cedunt: signa signis duꝫ succedunt argumēto fidei. Ergo martyr inuocetur: vt per eum nobis detur ad supera ꝓuehi. ¶ De vno marty. Tractꝰ.

Desiderium anime eius tribuisti ei ꝛ voluntate labiorum eius non fraudasti euꝫ. ℣. Quoniam preuenisti eum in bñdictōibus dulcedinis. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Secūdum Lucam. IX. C



In illo tempore: Dixit dominus iesus discipulis suis. Si qs vult post me venire: abneget semetipsum: ꝛ tollat crucem suam ꝛ sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere: perdet eam. Qui autez perdiderit animam suam propter me: inuenit eam. Quid enī prodest homini si lucretur vniuersum mundum seipsum autem perdat ꝛ detrimentum sui faciat. Naꝫ qui me erubuerit ꝛ meos sermones: hunc filiꝰ hominis erubescet: cuꝫ venerit in maiestate sua ꝛ patris: ꝛ sanctorum angelorum. Dico autem vobis: vere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortez: donec videant regnuꝫ dei. Secundum Joannez. XII. C.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Amē amē dico vobis: nisi granū frumēti cadēs ī terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert: Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat me se-

quatur: ⁊ vbi sum ego: illic ⁊ mi
nister meus erit. Si quis mihi
ministrauerit: honorificabit eū
pater meus qui in celis est. Se
cundū matth. X.C.



In illo tempo-
re: Dixit domi
nus ihesus discipulis
suis. Nolite arbi-
trari: q̄ venerim pacē
mittere in terrā. Nō
veni pacem mitte-
re: sed gladiū: veni enim separa
re hoiem aduersus patrē suum
⁊ filiam aduersus mr̄em suam:
⁊ nurum aduersus socrum suā:
⁊ inimici hois domestici eius.
Qui amat patrem aut matrē
plus q̄ me: non est me dignus.
Et qui amat filium aut filiā su
per me: non est me dignus. Et
qui non accipit crucem suam et
sequitur me: non est me dign⁹.
Qui inuenit animā suam: per
det eam. Et qui perdiderit ani
mam suam propter me: inueni
et eam. Qui recipit vos: me re-
cipit: ⁊ qui me recipit: recipit eū
qui me misit. Qui recipit ꝓphe
tam in nomine prophete: mer-
cedē prophete accipiet. Et qui
recipit iustum in nomine iusti:
mercedem iusti accipiet. Et q̄-
cūq̄ potum dederit vni ex mi-
nimis istis calicē aque frigide
tantū in nomine discipuli: amē
dico vobis: non perdet merce-
dem suā. Scōs Lucā. XIIII.C.

In illo tempore: Dixit ie-
sus discipulis suis. Si qs
venit ad me ⁊ non odit patrem
suum: ⁊ matrem ⁊ vxorem ⁊ fi-
lios ⁊ fratres ⁊ sorores: adhuc
autem ⁊ animam suam: nō po-
test meus esse discipulus. Et qui
non baiulat crucem suam: ⁊ ve
nit post me: non potest meus es
se discipulus. Quis enī ex vo
bis volens turrim edificare: nō
ne prius sedens computat sum
ptus qui necessarij sunt: si habe
at ad perficiendum? Ne postea
q̄ posuerit fundamentus: ⁊ nō
potuerit perficere: omnes qui vi
derint incipiant illudere ei di-
centes. Quia hic hō cepit edifi
care: ⁊ non potuit consumma-
re. Aut qs rex iturus committe
re bellum aduersus alium regē:
non sedens prius cogitat si pos
sit cum decem millibus occur-
rere ei: qui cum viginti millib⁹
venit ad se? Alioquin adhuc il
lo longe agente: legationē mit
tēs rogat ea que pacis sūt. Sic
ergo omnis ex vobis qui nō re
nunciat omnibus que possidet
non potest meus esse discipu-
lus. Secundum matthēū X.C.

In illo tpe: Dixit dñs ihesus
discipul' suis. Nihil optus
q̄ non reuelet: ⁊ occultum q̄
non sciat. Quod dico vobis in
tenebris dicite ī lumine: ⁊ quod

in aure auditis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam aũt non possunt occidere. Sz potius eum timete: qui potest ⁊ animam ⁊ corpus perdere in gehẽnam. Nõne duo passeres asse veneunt: ⁊ vnus ex illis nõ cadet sup terrã sine patre vestro. Vestri ãt capilli capitis: oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere: mltis passerib⁹ meliores estis vos. Oĩs g̊ q ꝯfitebit̃ me corã hoib⁹ ꝯfitebõ ⁊ ego eũ corã pr̃e meo q in ceils ẽ. Offertorium. Gloria ⁊ honore coronasti eum super opera manuũ tuarum domine. Offer. In virtute tua domine letabitur iustus: ⁊ super salutare tuuz exultabit vehementer: desideriũ anime eius tribuisti ei. Offer. Desiderium aĩe eius tribuisti ei dñe: ⁊ voluntate labioꝝ eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Offer. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide p̃cioso: vitã petijt a te ⁊ tribuisti ei. Cõmu. Qui vult venire post me abneget semetipsum: ⁊ tollat crucez suam ⁊ sequatur me. Cõmu. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo: gloriam ⁊ magnũ decorem impones sup eum dñe. Cõmu. Qui mihi ministrat me sequat̃: ⁊ vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. Cõmu. Posuisti domine in capite eius: coronaz de lapide precioso. Cõmu. Letabitur iustus in dño ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur oẽs recti corde alleluia alla. ¶ In festo vnius martyris a pascha vsq̃ ad festum pẽthecostes vbi alius specialiter non assignatur. Introitus.



Protexisti me d̃us a conuentu malignantium alla: a mltitudĩe operantium iniqtatem alla al. ps. Exaudi deus orationem meã cuz deprecor a timore inimici eripe aĩam meã. Oratio cõpetens vt supra de vno mar. Lcõ libri sapientie. V.C.

Stabũt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt: ⁊ qui abstulerunt labores eoꝝ. Vidẽtes turbabunt̃ timore horribili: ⁊ mirabuntur in subitatiõe insperate salutis dicẽtes intra se penitẽtiã agẽtes: ⁊ pre angustia spiritus gemẽtes. Hi sũt quos aliqñ habuimus in derisuz: ⁊ in similitudinẽ ĩproperij. Nos ĩsensati vitã illoꝝ estimabamus insaniã: ⁊ finez illoꝝ sine honore. Ecce qũo cõputati sũt inter filios dei ⁊ ĩter scõs sors illoꝝ est. Alla. ℣. Cõfitebunt̃ tibi celi mi

rabilia tua dñe:⁊ v̄itatē tuā in eccl̄ia sctōꝝ. Al̄la. ℣. Posuisti dñe sup caput ei⁹:coronā de lapide precioso. Al̄la. ℣. Just⁹ vt palma florebit: sicut cedr⁹ libani mlt̄iplicabit̄. Al̄. ℣. Just⁹ germinabit sicut liliū:⁊ florebit in eternū ante dominū. Euā. Ego sum vitis vera. foli. 250. Offer. Confitebunt̄ tibi celi mirabilia tua dñe:⁊ veritatē tuaꝫ in ecclesia sanctoꝝ. Cōmu. Letabit̄ iust⁹ in domino. vt supra. ¶ In natali plurimoꝝ mar. ifra pascha ⁊ pēthe. vbi ali⁹ specialr̄ non assignat̄. Int. Sci tui dñe bñdicēt te. vt supra. Epl̄a Stabūt iust̄. vt supra. Alleluiꝫ. ℣. Sācti tui fl/orebunt. vt supra. Al̄la. ℣. Stabūt iusti in ma. vt supra. Al̄l. ℣. Preciosa in ꝯspectu. vt supra. Al̄. ℣. Mirabilis dñs nr̄ in scis. vt supra. Euā Ego sū vitis. fo. 250. Of. Letamini in dño. fo. 259. Cō. Gaudete iusti in dño. f. 260. ¶ In nat. vnius ꝯfesso. ⁊ pōti. Intro.



Statuit ei dñs testamentum pacis:⁊ prīci/pē fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas ī eternum. ℣. Memēto domine dauid ⁊ oīs māsuetudis ei⁹. Int.

Sacerdotes tui dñe induant iustitiā ⁊ sancti tui exultent:propter dauid seruū tuum non auertas faciē christi tui. ℣. Memento dñe dauid:⁊ oīs mansuetudis ei⁹. Int.

Sacerdotes eius induāt salutare:⁊ sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Memento dñe dauid:⁊ oīs mansuetudinis ei⁹. Intr.

Sacerdotes dei benedicite dominuꝫ:sancti ⁊ humiles corde laudate deum. ℣. Benedicite oīa opera domini dño:laudate ⁊ super/exaltate eum insecula. Introitus.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo dñi in atrijs domus dei nr̄i. ℣. Bonuꝫ est ꝯfiteri dño:⁊ psallere noī tuo altissime. Int.

Os iusti meditabitur sapientiam:⁊ lingua eius loquetur iudiciuꝫ:lex dei eius in corde ipsius. ℣. Noli emulari in malignantib⁹: neqꝫ zelaueris faciētes iniqtatē. Oro

Da quesumus op̄s deus: vt beati. N. ꝯfessoris tui atqꝫ pontificis veneranda solēnitas:⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. Per dñm nr̄ꝫ. Sec.

Sancti tui quesumus domine nos vbiqꝫ letificēt: vt dum eorum merita recolimus:p̄rocinia sentiamus. Per dominum. Complenda

Resta quesumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes

intercedente beato. N. confesso re tuo atq; pontifice: beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum. **Alia oratio.**

Exaudi quesumus domine preces nostras quas i beati. N. confessoris tui atq; pontificis solennitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari eius intercedentibus meritis: ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. **Secre.**

Sancti. N. confessoris tui atq; pontificis quesumus domine annua solennitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia: et illius beata retributio comitetur: et nobis gratie tue dona conciliet. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula. **Cōplēda**

Deus fidelium remunerator animarum presta: vt beati. N. confessoris tui atq; pontificis: cuius venerandā celebramus festiuitatem precib⁹ eius indulgentiam cōsequamur. Per dominum nostrum. **Das quinq; epistolas sequentes require supra de martyrib⁹ videlicet** Justus cor suum tradet. folio. 261. **Epistola.** Beatus homo qui inuenit sapientiam. folio. 261. **Epistola.** Beatus vir qui in sapientia. fol. 261. **Epistola.** Justum deduxit dominus per vias rectas. fol. 261 **Epistola** Dilectus deo et hominibus. folio. 265. **Alia epistola. Lectio libri sapientie.** L.C.



Ece sacerdos magnus qui in vita sua suffulsit domum: et in diebus suis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est: duplex edificatio et excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanauerunt putei aquaruz: et quasi mare adimpleti sunt supra modū. Qui curauit gentem suam: et liberauit eam a pernicie. Qui p̄ualuit amplificare ciuitatem: qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis. Et ingressū domus et atrū āplificauit. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol resulgens: sic ille refulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glorie: et quasi rosaz flos in dieb⁹ vernis. Quasi lilia que sunt in transitu aque: et quasi thus redolens in odorē

suauitatis. Lectio libri sapientie. Ecclesi. XLIIII. i. XLV. C

Ecce sacerdos magnus q in diebus suis placuit do ⁊ inuētus est iustus: ⁊ in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non ē inuentus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illuz dominus crescere in plebez suam. Benedictionē omniū gentium dedit illi: ⁊ testamentū suum confirmauit sup caput ei⁹. Cognouit eum in benedictionibus suis: ꝯseruauit illi misericordiā suam: ⁊ inuenit gr̄am coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu reguz: ⁊ dedit illi coronaz glorie. Statuit illi testamentum sempiternum: ⁊ dedit illi sacerdotiū magnum: ⁊ beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio ⁊ habere laudez in nomine ipsius: ⁊ offerre illi incensuz dignū in odorē suauitatis. Ad hebre. VII. C.

Fratres: Plures fcī sunt sacerdotes scd̄m legez: id circo q̄ morte prohiberentur permanere. Hic autē eo q̄ maneat i eternū: sempiternū habz sacerdotiū. Unde ⁊ saluare imperpetuū potest: accedens p semetipsum ad deū semp viuēs ad iterpellandū pro nobis. Talis enī decebat vt nobis eēt pōtifex scūs innocens: ī pollut⁹: segregatus a peccatoribus: ⁊ excelsior celis fact⁹. Qui nō habet quotidie necessitatē quēadmodū sacerdotes prius p suis delictis hostias offerre: deinde pro ppl'i. Hoc enī fecit semel se offerendo dn̄s noster iesus christ⁹.

Ad Hebreos. V. C.

Frēs: Oīs pontifex ex hominibus assumptus p hominibus ꝯstituitur in his que sūt ad deum: vt offerat dona ⁊ sacrificia pro pcis. Qui cōdolere possit his q ignorant ⁊ errant: qm̄ ⁊ ipse circūdatus est infirmitate. Et ꝓpterea debet quēadmodum pro populo: ita etiaz ⁊ pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisq̄z sumit sibi honorez: sed q vocat̄ a deo tanq̄z aarō. Sic ⁊ christus non semetipsum clarificauit vt pōtifex fieret: sed q locutus est ad eū. Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te: quēadmodum ⁊ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū: scd̄z ordinem melchisedech. Lectio malachie ꝓphete. II. C.

Hec dicit dn̄s. Scietis qa misi ad vos mādatum istud: vt eēt pactū meuz cū leui: dicit dominus exercituū. Pactum meum fuit cum eo vite ⁊ pacis. Et dedi ei timorē ⁊ timuit me: ⁊ a facie nomis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore ei⁹: ⁊ iniquitas nō est inuenta in labijs eius.

In pace ⁊ in eqtate ambulauit mecũ: ⁊ multos auertit ab iniq tate. Labia eni sacerdotis custodiunt sciam: ⁊ legem requirunt ex ore eius: qꝛ angelus dñi exercituum est. Ad hebre. vltio. C.

FRatres: Doctrinis varijs ⁊ peregrinis: nolite abduci. Optimũ est enim gr̃a stabilire cor: nõ escis que non profuerunt ambulãtibus in eis. Hẽmus altare: de quo edere nõ habent potestatẽ: qui tabernaculo deseruiũt. Quoꝝ eniz animalium infert̃ sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremant̃ extra castra. Propter qd̃ ⁊ iesus vt sanctificaret ꝑ suum sanguinez populũ: extra portam passus est. Exeam⁹ ergo ad eum extra castra: iproperiũ eius portantes. Non eni habemus hic manentem ciuitatẽ: sed futurã inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiaz semꝑ laudis deo: idest fructum labioꝝ confitentium nomen eius. Beneficentie autẽ ⁊ cõmunicationis: nolite obliuisci. Talibus eniz hostijs promeretur deus. Lectio libri sapientie. Ecclesia. XLVII. C.

DEdit dominus ꝯfessiõez sancto ⁊ excelso: in v̄bo glorie. De omni corde suo laudauit dominuz: ⁊ dilexit deuz qui fecit illũ. Dedit illi contra inimicos potentiũ: ⁊ stare fecit cãtores ꝯtra altare ⁊ in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebratiõibus decus: ⁊ ornauit tẽpora eius vsqꝫ ad cõsummationẽ vite: vt laudarẽt nomen scm̃ dei: ⁊ amplificarent mane dñi sanctitatẽ. Christus purgauit peccata ipsius: ⁊ exaltauit in eternuz cornu illius: ⁊ dedit illi testamentũ reguz: ⁊ sedem glorie: ⁊ vsqꝫ in eternuz benedicet̃. Sapiẽtia laudabit animaz suã: ⁊ in dño honorabitur ⁊ in medio ppl̃i sui gloriabitur. Epistola seq̃ns dicenda est ĩ festiuitatibus sanctorũ gregorij hieronymi augustini ⁊ ambrosij. Ad tymotheum. II. C. iiij.

CHarissime: Testificor coram deo ⁊ christo iesu: q̃ iudicaturus est viuos ⁊ mortuos: ⁊ per aduẽtum ipsius: ⁊ regnum ei⁹. Predica verbũ: insta oportune: ĩportune argue: obsecra: ĩcrepa ĩ oĩ patientia ⁊ doctrina. Erit enim tẽpus cuz sanã doctrinã non sustinebunt: sed ad sua desideria coacerua-bũt sibi magr̃os prurientes auribus: ⁊ a veritate q̃dez auditũ auertent: ad fabulas autẽ ꝯuertent̃. Tu vero vigila: in oib⁹ labora: opus fac euãgeliste: ministeriũ tuum imple: sobrius esto. Ego eni iaz delibor: ⁊ tp̃s mee resolutionis instat. Bonũ cer-

tamen certaui:cursum consummaui:fidez seruaui. De reliquo reposita ē mihi corona iusticie: quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autez mihi:sed z his qui diligū aduentum eius. **Lectio libri sapientie.** XXIII.C.



SApientia laudabit aiam suam:z in domino honorabitur:z in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suum:z in ꝓspectu virtutis illius gloriabit. In medio populi sui exaltabitur z in plenitudine scā admirabit:z in multitudine electoꝝ habebit laudez:z inter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante oēm creaturā. Ego quasi libanus non in cāsus vaporaui habitationē meam:z quasi balsamū non mixtū odor meus. Ego q̄si therebinth⁹ extendi ramos:z rami mei honoris z gratie. **Lectio libri sapientie ecclesiastici.** XLV.C.

